ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
026000340837

Αριθ. εισαγ. βιβλ. 52216

# CORPUS JURIS CIVILIS

ΜΕΤΑ ΜΕΤΑΦΡΑΣΕΩΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΛΛΗΝΙΚΗΝ

ΥΠΟ

ΗΛΙΑ ΑΙΑΚΟΠΟΥΛΟΥ.

ΕΚΔΟΤΗΣ

ΑΝΕΣΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΙΔΗΣ

## ΠΑΝΔΕΚΤΑΙ

**ΤΟΜΟΣ Β'.**

ΔΩΡΕΑ Ι. Πέτσα

ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ

ΕΚ ΤΟΥ ΤΥΠΟΓΡΑΦΕΙΟΥ ΤΩΝ ΚΑΤΑΣΤΗΜΑΤΩΝ

ΑΝΕΣΤΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΙΔΟΥ

1887

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
ΦΙΛΟΣΟΦΙΚΗ ΣΧΟΛΗ
ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

# LIBER OCTAVUS

## I. [1]

### De servitutibus.

1 *MARCIANUS* Servitutes aut personarum sunt, ut usus et usus fructus, aut rerum, ut servitutes rusticorum praediorum et urbanorum.

2 *ULPIANUS* Unus ex dominis communium aedium servitutem imponere non potest.

3 *PAULUS* Servitutes praediorum aliae in solo, aliae in superficie consistunt.

4 *PAPINIANUS* Servitutes ipso quidem jure neque ex tempore neque ad tempus neque sub condicione neque ad certam condicionem (verbi gratia «quamdiu volam») constitui possunt: sed tamen si haec adiciantur, pacti vel per doli exceptionem occurretur contra placita servitutem vindicanti: idque et Sabinum respondisse Cassius rettulit et sibi pla-
*1* cere. Modum adici servitutibus posse constat: veluti quo genere vehiculi agatur vel non agatur (veluti ut equo dumtaxat) vel ut certum pondus vehatur vel grex ille transducatur aut carbo porte-

(1) Εἰσ. (2.3)—Κωδ. (3.34)—Βασ. (ΝΗ'.Α')

*2* tur. Intervalla dierum et horarum non ad temporis causam, sed ad modum pertinent jure constitutae servitutis.

5 *GAIUS* Via iter actus ductus aquae isdem fere modis constitui-

# ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΟΟΝ

## 1.

### Περὶ δουλειῶν.

1 *ΜΑΡΚΙΑΝΟΣ* Αἱ δουλεῖαι εἶνε εἴτε [ὑπὲρ] προσώπων, ὡς ἡ χρῆσις καὶ ἡ χρησικαρπία, εἴτε [ὑπὲρ] πραγμάτων, ὡς αἱ δουλεῖαι τῶν ἀγροτικῶν καὶ ἀστικῶν κτημάτων.

2 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Εἷς ἐκ τῶν κυρίων κοινοῦ οἴκου δὲν δύναται νὰ ἐπιβάλῃ δουλείαν.

3 *ΠΑΥΛΟΣ* Αἱ δουλεῖαι κτημάτων συνίστανται ἄλλαι μὲν ἐν τῷ ἐδάφει, ἄλλαι δ' ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ.

4 *ΠΑΠΙΝΙΑΝΟΣ* Αἱ δουλεῖαι αὐτοδικαίως μὲν οὔτε ἀπὸ [ὡρισμένου] χρόνου, οὔτε μέχρις [ὡρισμένου] χρόνου, οὔτε ὑπὸ αἵρεσιν, οὔτε μέχρις ὡρισμένης αἱρέσεως (λ. χ. ἐφ' ὅσον θέλω) δύνανται νὰ συσταθῶσιν· ἀλλ' ὅμως, ἐὰν ταῦτα προστεθῶσι, διὰ τῆς ἐνστάσεως τοῦ συμφώνου ἢ τοῦ δόλου ἐμποδίζεται ὁ ἐναντίον τῶν συμφωνηθέντων διεκδικῶν δουλείαν. τοῦτο δὲ ἀναφέρει ὁ Κάσσιος ὅτι καὶ ὁ Σαβῖνος *1* ἀπήντησε, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἤρεσε. *Τρόπος* δὲ γνωστὸν ὅτι δύναται νὰ προστίθηται εἰς δουλείας, λ. χ. χάριν διὰ τίνος εἴδους ὀχήματος νὰ ἐλαύνῃ τις ἢ νὰ μὴ ἐλαύνῃ (ὡς νὰ [ἐλαύνῃ τις] μόνον δι' ἵππου), εἴτε νὰ ὀχῆται ὡρισμένον βάρος, εἴτε ἡ δεῖνα ἀγέλη νὰ διαβιβάζηται, εἴτε ἄνθραξ νὰ μετακομίζηται. *2* Τὰ διαλείμματα ἡμερῶν καὶ ὡρῶν δὲν ἀποβλέπουσιν εἰς τὸν χρόνον [τῆς ὑπάρξεως] ἀλλ' εἰς τὸν *τρόπον* [τῆς ἀσκήσεως] δουλείας ἐγκύρως συσταθείσης.

5 *ΓΑΪΟΣ* Ἡ πλατεῖα ὁδός, ἡ δίοδος (μονοπάτιον), ἡ ἔλασις, τὸ ὕδρα

tur, quibus et usum fructum con-

1 stitui diximus. Usus servitutium temporibus secerni potest, forte ut quis post horam tertiam usque in horam decimam eo jure utatur vel ut alternis diebus utatur.

6 *PAULUS* Ad certam partem fundi servitus tam remitti quam constitui potest.

7 *ULPIANUS* Ius cloacae mittendae servitus est.

8 *PAULUS* Ut pomum decerpere liceat et ut spatiari et ut cenare in alieno possimus, servitus

1 imponi non potest. Si praedium tuum mihi serviat, sive ego partis praedii tui dominus esse coepero sive tu mei, per partes servitus retinetur, licet ab initio per partes adquiri non poterat.

9 *CELSUS* Si cui simplicius[4] via per fundum cujuspiam cedatur vel relinquatur, in infinito, videlicet per quamlibet ejus partem, ire agere licebit, civiliter modo: nam quaedam in sermone tacite excipiuntur. non enim per villam ipsam nec per medias vineas ire agere sinendus est, cum id aeque commode per alteram partem facere possit minore servientis fundi detrimento. verum constitit, ut, qua primum viam direxisset, ea demum ire agere deberet nec amplius mutandae ejus potestatem haberet: sicuti Sabino quoque videbatur, qui argumento rivi ute-

(4) simpliciter (Hal.)

γωγεῖον, συνίστανται κατὰ τοὺς αὐτοὺς σχεδὸν τρόπους, καθ' οὓς καὶ ἡ χρη-

1 σικαρπία εἴπομεν ὅτι συνίσταται. Ἡ ἄσκησις τῶν δουλειῶν δύναται νὰ διαχωρίζηται ὑπὸ χρονικῶν [διαστημάτων], λ. χ. νὰ ἀσκῇ τις τὸ δεῖνα δικαίωμα ἀπὸ τῆς τρίτης ὥρας μέχρι τῆς δεκάτης, ἢ νὰ ἀσκῇ [τοῦτο] ἡμέραν παρ' ἡμέραν.

6 *ΠΑΥΛΟΣ* Δι' ὡρισμένον μέρος ἀγροῦ δύναται νὰ γείνῃ καὶ παραίτησις καὶ σύστασις δουλείας.

7 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Τὸ δικαίωμα τοῦ ποιεῖν ὑπόνομον εἶνε δουλεία.

8 *ΠΑΥΛΟΣ* Δὲν δύναται νὰ ἐπιβληθῇ δουλεία τοῦ νὰ μᾶς ἐπιτρέπηται νὰ δρέπωμεν [ἐνίοτε] ὀπώραν, καὶ νὰ δυνάμεθα νὰ περιπατῶμεν, καὶ νὰ δει-

1 πνῶμεν ἐν ἀλλοτρίῳ [κτήματι]. Ἐὰν κτῆμά σου δουλεύῃ εἰς ἐμέ, εἴτε ἐγὼ ἄρξωμαι νὰ εἶμαι κύριος μέρους τοῦ κτήματός σου, εἴτε σὺ [μέρους] τοῦ ἰδικοῦ μου, ἡ δουλεία *διατηρεῖται μερικῶς*, καίτοι ἐξ ἀρχῆς δὲν ἠδύνατο *νὰ ἀποκτηθῇ μερικῶς*.

9 *ΚΕΛΣΟΣ* Ἐὰν παραχωρῆται ἢ καταλείπηται εἴς τινα ἁπλῶς πλατεῖα ὁδὸς διὰ τοῦ ἀγροῦ τινος, δύναται νὰ πορεύηται [καὶ νὰ] ἐλαύνῃ ἀορίστως, δηλ. δι' οἱουδήποτε μέρους τοῦ ἀγροῦ, [ἀλλ'] εὐπρεπῶς· διότι ἐν ταῖς συμφωνίαις σιωπηρῶς ἐξαιροῦνταί τινα· καθόσον δὲν θέλει [λ.χ.] τῷ ἐπιτραπῇ διὰ τῆς οἰκίας αὐτῆς καὶ διὰ μέσου τῶν ἀμπελώνων νὰ πορεύηται [καὶ νὰ] ἐλαύνῃ, ἀφοῦ ὡσαύτως εὐχερῶς δι' ἄλλου μέρους δύναται νὰ πράξῃ τοῦτο μετὰ ὀλιγωτέρας βλάβης τοῦ δουλεύοντος ἀγροῦ. [ὡσαύτως] εἶνε βέβαιον ὅτι, δι' ἧς ὁδοῦ κατὰ πρῶτον ἤθελε διευθυνθῇ, διὰ ταύτης μόνον ὀφείλει [καὶ εἰς τὸ μέλλον] νὰ πορεύηται [καὶ νὰ] ἐλαύνῃ, μὴ ἔχων πλέον ἐξουσίαν νὰ μεταβάλῃ ταύτην· καθὰ καὶ ὁ Σαβῖνος ἐφρόνει,

batur, quem primo qualibet ducere licuisset, posteaquam ductus esset, transferre non liceret: quod et in via servandum esse verum est.

10 *IDEM* Si iter legatum sit, qua nisi opere facto iri non possit, licere fodiendo substruendo iter facere Proculus ait.

11 *MODESTINUS* Pro parte dominii servitutem adquiri non posse volgo traditur: et ideo si quis fundum habens viam stipuletur et partem fundi sui postea alienet, corrumpit stipulationem in eum casum deducendo, a quo stipulatio incipere non possit. pro parte quoque neque legari neque adimi via potest et, si id factum est, neque legatum neque ademptio valet.

12 *JAVOLENUS* Non dubito, quin fundo municipum per servum recte servitus adquiratur.

13 *POMPONIUS* Si tam angusti loci demonstratione facta via concessa fuerit, ut neque vehiculum neque iumentum ea inire possit, iter magis quam via aut actus adquisitus videbitur: sed si iumentum ea duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur adquisitus.

14 *PAULUS* Servitutes praediorum rusticorum etiamsi corporibus accedunt, incorporales tamen sunt et ideo usu non capiuntur: vel ideo, quia tales sunt servitutes, ut non habeant certam continuamque possessionem: nemo enim

ὅστις μετεχειρίζετο τὸ παράδειγμα τοῦ ρύακος, ὃν κατ' ἀρχὰς ἠδύνατό τις νὰ διευθύνῃ δι' οἱουδήποτε [μέρους], ἀφοῦ δὲ τῷ ἐδόθη διεύθυνσις, δὲν ἐπιτρέπεται ἡ μεταφορά. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ὀρθὸν εἶνε ὅτι δέον νὰ τηρῆται.

10 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν ἐκληροδοτήθη ὁδός, δι' ἧς δὲν εἶνε δυνατὴ ἡ διέλευσις ἄνευ κατασκευῆς ἔργου τινός, ἐπιτρέπεται, λέγει ὁ Πρόκουλος, ἡ διὰ σκαφῆς [ἢ] ὑποικοδομήσεως κατασκευὴ τῆς ὁδοῦ.

11 *ΜΟΔΕΣΤΙΝΟΣ* Ὅτι δὲν δύναται ν' ἀποκτηθῇ δουλεία κατὰ τὸ [εἴς τινα ἀνῆκον] μέρος τῆς κυριότητος, εἶνε κοινῶς γνωστόν· καὶ διὰ τοῦτο ἐάν τις ἔχων ἀγρὸν ἐπερωτήσῃ πλατεῖαν ὁδόν, καὶ κατόπιν ἀπαλλοτριώσῃ μέρος τοῦ ἀγροῦ του, ματαιοῖ τὴν ἐπερώτησιν μεταφέρων αὐτὴν ἐν τοιαύτῃ περιπτώσει, καθ'ἣν δὲν ἠδύνατο αὕτη νὰ λάβῃ ἀρχήν. ὡσαύτως μήτε νὰ κληροδοτηθῇ *ἐν μέρει*, μήτε ν' ἀνακληθῇ ὁδὸς δύναται, καὶ ἂν τοῦτο ἐγένετο, οὔτε ἡ κληροδοσία οὔτε ἡ ἀνάκλησις ἰσχύει.

12 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Δὲν ἀμφιβάλλω, ὅτι ὑπὲρ ἀγροῦ πόλεως ἐγκύρως διὰ δούλου ἀποκτᾶται δουλεία.

13 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν παρεχωρήθη πλατεῖα ὁδός, ὄντος τοῦ ὑποδειχθέντος τόπου τοσοῦτον στενοῦ, ὥστε μήτε ὄχημα μήτε ὑποζύγιον νὰ δύνηται νὰ προβῇ δι' αὐτοῦ, *ὁδὸς* μᾶλλον παρὰ ὁδὸς πλατεῖα ἡ ἔλασις θεωρεῖται ἀποκτηθεῖσα· ἀλλ' ἐὰν ὑποζύγιον δύναται νὰ ὁδηγηθῇ δι' αὐτοῦ, οὐχὶ δὲ καὶ ὄχημα, θεωρεῖται ὅτι ἀπεκτήθη *ἔλασις*.

14 *ΠΑΥΛΟΣ* Αἱ δουλεῖαι ἀγροτικῶν κτημάτων καίτοι προσαυξάνουσιν εἰς ἐνσώματα, ὅμως εἶνε ἀσώματοι, καὶ διὰ τοῦτο διὰ χρήσεως δὲν ἀποκτῶνται, ἢ διὰ τοῦτο, ὅτι αἱ δουλεῖαι εἶνε τοιαῦται, ὥστε δὲν ἔχουσι βεβαίαν καὶ συνεχῆ νομήν· διότι οὐδεὶς δύναται

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

tam perpetuo, tam continenter ire potest. ut nullo momento possessio ejus interpellari videatur. idem et in servitutibus praediorum ur-
1 banorum observatur. Servitus itineris ad sepulchrum privati juris manet et ideo remitti domino fundi servientis potest: et adquiri etiam post religionem sepul-
2 chri haec servitus potest. Publico loco interveniente vel via publica haustus servitus imponi potest, aquae ductus non potest: a principe autem peti solet, ut per viam publicam aquam ducere sine incommodo publico liceat. sacri et religiosi loci interventus etiam itineris servitutem impedit, cum servitus per ea loca nulli deberi potest.

15 *POMPONIUS* Quotiens nec hominum nec praediorum servitutes sunt, quia nihil vicinorum interest, non valet, veluti ne per fundum tuum eas aut ibi consistas: et ideo si mihi concedas ius tibi non esse fundo tuo uti frui, nihil agitur: aliter atque si concedas mihi ius tibi non esse in fundo tuo aquam quaerere minuen-
1 dae aquae meae gratia. Servitutium non ea natura est, ut aliquid faciat quis, veluti viridia tollat aut[1] amoeniorem prospectum praestet, aut in hoc ut in suo pingat, sed ut aliquid patiatur aut non faciat.

16 *JULIANUS* Ei, qui pignori

(1) veluti viridia attolat, ut amoeniorem prospectum praestet aut in hoc ut in suo pingat (Mo.)

τοσοῦτον διηνεκῶς, τοσοῦτον συνεχῶς νὰ πορεύηται, ὥστε μηδεμίαν στιγμὴν ἡ νομὴ αὐτοῦ νὰ θεωρῆται διακοπτομένη. τὸ αὐτὸ καὶ διὰ τὰς δουλείας
1 ἀστικῶν κτημάτων τηρεῖται. Ἡ δουλεία διόδου εἰς τάφον μένει ἰδιωτικοῦ δικαίου, καὶ διὰ τοῦτο δύναται ν' ἀφεθῇ εἰς τὸν κύριον τοῦ δουλεύοντος κτήματος· καὶ ν' ἀποκτηθῇ δὲ καὶ μετὰ τὴν καθιέρωσιν τοῦ τάφου δύνα-
2 ται ἡ τοιαύτη δουλεία. Ἐὰν μεσολαβῇ δημόσιος τόπος, ἢ ὁδὸς δημοσία, δύναται νὰ ἐπιβληθῇ δουλεία ἀντλήσεως, *ὑδραγωγείου* [ὅμως] δὲν δύναται. παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος δὲ συνήθως αἰτεῖται ἡ ἄδεια νὰ ἔχῃ τις ὑδραγωγεῖον διὰ δημοσίας ὁδοῦ, ἄνευ βλάβης δημοσίας. ἡ δὲ μεσολάβησις τόπου ἱεροῦ ἢ ὁσίου ἐμποδίζει καὶ *διόδου* δουλείαν, διότι δουλεία διὰ τοιούτων τόπων εἰς οὐδένα δύναται ν' ἀνήκῃ.

15 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ὁσάκις οὔτε [ὑπὲρ] ἀνθρώπων, οὔτε [ὑπὲρ] κτημάτων εἶνε αἱ δουλεῖαι, ἐπειδὴ οὐδὲν ὑπάρχει διαφέρον διὰ τοὺς γείτονας, δὲν ἰσχύουσι, λ. χ. [ἡ δουλεία] νὰ μὴ διέλθῃς διὰ τοῦ ἀγροῦ σου, ἢ [νὰ μὴ] μένῃς ἐπ' αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦτο ἐάν μοι παραχωρήσῃς, τὸ νὰ μὴ ἔχῃς δικαίωμα νὰ χρησιμοποιῆσαι τὸν ἀγρόν σου, οὐδὲν γίνεται· ἄλλως ὅμως ἐάν μοι παραχωρήσῃς τὸ νὰ μὴ δικαιοῦσαι ν' ἀναζητήσῃς ὕδωρ ἐν τῷ ἀγρῷ σου πρὸς ἐλάττωσιν τοῦ ἰδικοῦ μου ὕδατος.
1 Τῶν δουλειῶν ἡ φύσις δὲν εἶνε τοιαύτη, νὰ *ποιήσῃ* τις τι, λ. χ. ν' ἀφαιρέσῃ φυτά, ὅπως καταστήσῃ τὴν θέαν μᾶλλον εὐχάριστον, ἢ νὰ θέσῃ πρὸς τοῦτο ζωγραφίας ἐπὶ τοῦ [κτήματός] του,—ἀλλὰ νὰ *ἐπιτρέψῃ* [νὰ γείνῃ] τι, ἢ νὰ *μὴ ποιήσῃ*.

16 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Εἰς ἐκεῖνον, ὅστις ἔλαβεν ὡς ἐνέχυρον ἀγρόν, δὲν εἶνε ἀνεπιεικὲς νὰ δίδηται ὠφέλιμος ἀγωγὴ

fundum accepit, non est iniquum utilem petitionem servitutis dari, sicuti ipsius fundi utilis petitio dabitur. idem servari convenit et in eo, ad quem vectigalis fundus pertinet.

17 *POMPONIUS* Viae itineris actus aquae ductus pars in obligationem deduci non potest, quia usus eorum indivisus est: et ideo si stipulator decesserit pluribus heredibus relictis, singuli solidam viam petunt: et si promissor decesserit pluribus heredibus relictis, a singulis heredibus solida petitio est.

18 *PAULUS* In omnibus servitutibus, quae aditione confusae sunt, responsum est doli exceptionem nocituram legatario, si non patiatur eas iterum imponi.

19 *LABEO* Ei fundo, quem quis vendat, servitutem imponi, et si non utilis sit, posse existimo: veluti si aquam alicui dedere[1] ducere non expediret, nihilo minus constitui ea servitus possit: quaedam enim debere[2] habere possumus quamvis ea nobis utilia non sunt.

20 *JAVOLENUS* Quotiens via aut aliquid[3] ius fundi emeretur, cavendum putat esse Labeo per te non fieri, quo minus eo jure uti possit, quia nulla eiusmodi juris vacua traditio esset. ego puto usum ejus juris pro traditione possessionis accipiendum esse ideoque et interdicta veluti possessoria constituta sunt.

(1) διαγρ. (Βασ.)— (2) διαγρ. (Βασ.)
(3) aliud (Hoffm.)

δουλείας, ὡς δίδεται ὠφέλιμος ἀγωγὴ αὐτοῦ τοῦ ἀγροῦ. τὸ αὐτὸ ἁρμόζει νὰ τηρῆται καὶ ὡς πρὸς ἐκεῖνον, εἰς ὃν ἐμφυτευτικὸς ἀγρὸς ἀνήκει.

17 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ Μέρος* ὁδοῦ πλατείας, διόδου, ἐλάσεως, ὑδραγωγείου, δὲν δύναται νὰ καταστῇ ἀντικείμενον ἐνοχῆς, διότι ἡ ἄσκησις αὐτῶν εἶνε *ἀδιαίρετος*. καὶ διὰ τοῦτο ἐὰν ὁ ἐπερωτήσας ἀπέθανε καταλιπὼν πολλοὺς κληρονόμους, ἕκαστος ἀπαιτεῖ ὁλόκληρον τὴν ὁδόν· καὶ ἂν ὁ ὑποσχεθεὶς ἀπέθανε καταλιπὼν πολλοὺς κληρονόμους, ἀφ' ἑκάστου κληρονόμου ἀπαιτεῖται τὸ ὅλον.

18 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐφ' ὅλων τῶν δουλειῶν, αἵτινες διὰ τῆς προσελεύσεως [τοῦ κληρονόμου] συνεχωνεύθησαν [μετὰ τῆς κυριότητος], ἐδόθη ἀπάντησις ὅτι ἡ τοῦ δόλου ἔνστασις θέλει ἀντιτάσσεσθαι κατὰ τοῦ κληροδόχου, ἐὰν μὴ ἐπιτρέπῃ νὰ συνιστῶνται αὗται ἐκ νέου.

19 *ΛΑΒΕΩΝ* Εἰς ἀγρόν, ὃν τις πωλεῖ, φρονῶ ὅτι δύναται νὰ ἐπιβληθῇ δουλεία, καὶ ἂν μὴ εἶνε χρήσιμος· ἐὰν λ. χ. μὴ ἤθελεν ὠφελεῖ τινα νὰ ἔχῃ ὑδραγωγεῖον, οὐδὲν ἧττον δύναται νὰ συσταθῇ ἡ τοιαύτη δουλεία. διότι δυνάμεθα νὰ ἔχωμέν τινα, καίτοι δὲν εἶνε ταῦτα εἰς ἡμᾶς χρήσιμα.

20 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Ὁσάκις πλατεῖα ὁδὸς ἢ ἄλλο τι δικαίωμα ἀγροῦ ἀγοράζεται, δέον νὰ δίδηται, φρονεῖ ὁ Λαβέων, ἀσφάλεια, ὅτι ἐκ σοῦ δὲν θὰ προέλθῃ, ὥστε νὰ μὴ δυνηθῇ [ὁ ἀγοραστὴς] ν' ἀσκήσῃ τὸ δικαίωμα τοῦτο, διότι *σωματικὴ παράδοσις* τοιούτου δικαιώματος δὲν ὑπάρχει. ἐγὼ [ὅμως] φρονῶ ὅτι ἡ ἄσκησις τοῦ τοιούτου δικαιώματος θεωρεῖται ἀντὶ παραδόσεως τῆς νομῆς, καὶ διὰ τοῦτο ὡρίσθησαν καὶ τὰ παραγγέλματα ὡσεὶ περὶ νομῆς.

## II [1].

### De servitutibus praediorum urbanorum.

1 *PAULUS* Si intercedat solum publicum vel via publica, neque itineris actusve neque altius tollendi servitutes impedit: sed immittendi protegendi prohibendi[2], item fluminum et stillicidiorum servitutem impedit, quia caelum, quod supra id solum intercedit,

*1* liberum esse debet. Si usus fructus tuus sit, aedium proprietas mea, quae onera vicini sustinere debeant, mecum in solidum agi potest, tecum nullo modo.

2 *CAIUS* Urbanorum praediorum jura talia sunt: altius tollendi et officiendi luminibus vicini aut non extollendi: item stillicidium avertendi in tectum vel aream vicini aut non avertendi: item immittendi tigna in parietem vicini et denique proiciendi protegendive ceteraque istis similia.

3 *ULPIANUS* Est et haec servitus, ne prospectui officiatur.

4 *PAULUS* Luminum in[3] servitute constituta id adquisitum videtur, ut vicinus lumina nostra excipiat: cum autem servitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maxime adepti videmur, ne

(1) Βασ. (ΝΗ'.Β'.)
(2) proiciendi.
(3) ἴσως inmittendorum (Mo.)

## 2.

### Περὶ δουλειῶν κτημάτων ἀστικῶν.

1 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν [μεταξὺ δύω οἰκιῶν] μεσολαβῇ ἔδαφος δημόσιον εἴτε ὁδὸς δημοσία, δὲν ἐμποδίζει οὔτε τῆς ὁδοῦ οὔτε τῆς ἐλάσεως οὔτε τῆς ὑψώσεως τὰς δουλείας· ἀλλὰ τὴν τοῦ ἐμβάλλειν [δοκούς], ποιεῖν προστέγασμα ἢ ἐξώστην, πρὸς δὲ τὴν δουλείαν τῆς ροῆς [τῆς στέγης] καὶ τῶν σταλαγμῶν ἐμποδίζει, διότι ὁ ἀήρ, ὁ ὑπὲρ τὸ ἔδαφος ἐκεῖνο μεσολαβῶν, πρέπει νὰ εἶνε ἐλεύθερος.

*1* Ἐὰν εἰς σὲ μὲν ἀνήκῃ ἡ χρησικαρπία, εἰς ἐμὲ δὲ ἡ κυριότης τοῦ οἴκου, ὅστις ὀφείλει νὰ βαστάσῃ τὰ βάρη [τοῦ οἴκου] τοῦ γείτονος, κατ' ἐμοῦ δύναται νὰ ἐγερθῇ ἡ διὰ τὸ ὅλον ἀγωγή, κατὰ σοῦ δὲ οὐδαμῶς.

2 *ΓΑΪΟΣ* Τὰ δικαιώματα ἀστικῶν κτημάτων εἶνε τοιαῦτα: [τὸ δικαίωμα] τοῦ ὑψοῦν καὶ ἐμποδίζειν τὰ φῶτα τοῦ γείτονος, ἢ τοῦ μὴ ὑψοῦν [τὸν γείτονα]· ὡσαύτως τοῦ διευθύνειν τὸν σταλαγμὸν εἰς τὴν στέγην ἢ τὴν αὐλὴν τοῦ γείτονος, ἢ τοῦ μὴ διευθύνειν [τὸν γείτονα]· ὡσαύτως τοῦ ἐμβάλλειν δοκοὺς εἰς τὸν τοῖχον τοῦ γείτονος, καὶ τέλος τοῦ ποιεῖν ἐξώστην ἢ προστέγασμα καὶ τὰ λοιπὰ τούτων ὅμοια.

3 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὑπάρχει δὲ καὶ αὕτη ἡ δουλεία, νὰ μὴ ἐμποδίζηται ἡ ἄποψις.

4 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὅταν συνίσταται δουλεία τοῦ θέτειν φωταγωγούς, θεωρεῖται ὅτι τοῦτο ἀπεκτήθη, τὸ νὰ δέχηται δηλ. ὁ γείτων τὰς φωταγωγοὺς ἡμῶν· ὅταν ὅμως ἐπιβάλληται ἡ δουλεία, νὰ μὴ ἐμποδίζωνται τὰ φῶτα, κυρίως θεωρεῖται ὅτι ἀπεκτήσαμεν τοῦτο, νὰ μὴ ἔχῃ ὁ γείτων δικαίωμα ἀκόντων ἡμῶν νὰ οἰκοδομῇ ὑψηλότερον, οὕτω δὲ νὰ

ius sit vicino invitis nobis altius aedificare atque ita minuere lumina nostrorum aedificiorum.

5 *ULPIANUS* Invitum autem in servitutibus accipere debemus non eum qui contra dicit. sed eum qui non consentit. ideo Pomponius libro quadragensimo et infantem et furiosum invitos recte dici ait: non enim ad factum, sed ad ius servitutis haec verba referuntur.

6 *GAIUS* Haec autem jura similiter ut rusticorum quoque praediorum certo tempore non utendo pereunt: nisi quod haec dissimilitudo est, quod non omnimodo pereun non utendo, sed ita, si vicinus simul libertatem usucapiat. veluti si aedes tuae aedibus meis serviant, ne altius tollantur, ne luminibus mearum aedium officiatur, et ego per statutum tempus fenestras meas praefixas habuero vel obstruxero, ita demum ius meum amitto, si tu per hoc tempus aedes tuas altius sublatas habueris: alioquin si nihil novi feceris, retineo servitutem. item si tigni immissi aedes tuae servitutem debent et ego exemero tignum, ita demum amitto ius meum, si tu foramen, unde exemptum est tignum, obturaveris et per constitutum tempus ita habueris: alioquin si nihil novi feceris, integrum ius suum[1] permanet.

(1) διαγρ. (Mo.)

7 *POMPONIUS* Quod autem aedificio meo me posse consequi, ut libertatem usucaperem, dicitur, idem me non consecuturum, si arborem eodem loco sitam habuis-

ἐλαττοῖ τὰ φῶτα τῶν ἡμετέρων οἰκοδομῶν.

5 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἄκοντα δὲ πρέπει ἐπὶ τῶν δουλειῶν νὰ θεωρῶμεν ὄχι ἐκεῖνον, ὅστις ἀντιλέγει, ἀλλ' ἐκεῖνον, ὅστις δὲν συναινεῖ. διὰ τοῦτο ὁ Πομπώνιος ἐν βιβλ. μ' λέγει, ὅτι καὶ ὁ νήπιος καὶ ὁ φρενοβλαβὴς ὀρθῶς *ἄκοντες* λέγονται· διότι οὐχὶ εἰς τὸ γεγονός, ἀλλ' εἰς τὸ δικαίωμα τῆς δουλείας ἀναφέρεται ὁ ὅρος οὗτος.

6 *ΓΑΪΟΣ* Ταῦτα δὲ τὰ δικαιώματα ὡς καὶ τὰ τῶν ἀγροτικῶν κτημάτων, διὰ τῆς ἐφ' ὡρισμένον χρόνον ἀχρησίας ἐξαλείφονται· ἐκτὸς ὅτι ἡ ἐξῆς ἀνομοιότης ὑπάρχει, ὅτι δηλ. οὐχὶ ἐξάπαντος διὰ τῆς ἀχρησίας ἐξαλείφονται, ἀλλὰ τότε, ὅταν συγχρόνως ὁ γείτων χρησικτᾶται τὴν ἐλευθερίαν. ἐὰν λ. χ. ὁ οἶκός σου δουλεύῃ εἰς τὸν οἶκόν μου, ὥστε νὰ μὴ ὑψωθῇ, καὶ ἐμποδίζῃ τὰ φῶτα τοῦ ἰδικοῦ μου, ἐγὼ δὲ κατὰ τὸν ὡρισμένον [πρὸς ἀπώλειαν τῶν δουλειῶν] χρόνον ἔχω τὰς θυρίδας μου κεκλεισμένας ἢ πεφραγμένας, τότε μόνον ἀποβάλλω τὸ δικαίωμά μου, ὅταν σὺ κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον εἶχες ὑψωμένον τὸν οἶκόν σου· ἄλλως ἐὰν μηδόλως ἐκαινοτόμησας, διατηρῶ τὴν δουλείαν· ὡσαύτως ἐὰν ὁ οἶκός σου ὀφείλῃ τὴν δουλείαν τῆς ἐμβεβλημμένης δοκοῦ, ἐγὼ δ' ἀφαιρέσω τὴν δοκόν, τότε μόνον ἀποβάλλω τὸ δικαίωμά μου, ἐὰν σὺ ἔφραξας τὴν ὀπήν, ἐξ ἧς ἀφῃρέθη ἡ δοκός, καὶ κατὰ τὸν ὡρισμένον χρόνον οὕτως εἶχες [τὸν οἶκον]· ἄλλως ἐὰν μηδόλως ἐκαινοτόμησας, παραμένει ἀκέραιον [τὸ δικαίωμά μου].

7 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Καίτοι δὲ λέγεται, ὅτι διὰ τῆς οἰκοδομῆς μου δύναμαι νὰ ἐπιτύχω τὴν χρησικτησίαν τῆς ἐλευθερίας, [ὅμως] δὲν θέλω ἐπιτύχει τὸ αὐτό, ἐὰν *δένδρον* εἶχον θέσει ἐν τῷ αὐτῷ

sem, Mucius ait, et recte, quia non ita in suo statu et loco maneret arbor quemadmodum paries, propter motum naturalem arboris.

8 *GAIUS* Parietem, qui naturali ratione communis est, alterutri vicinorum demoliendi eum[1] et reficiendi ius non est, quia non solus dominus est.

9 *ULPIANUS* Cum eo, qui tollendo obscurat vicini aedes, quibus non serviat, nulla competit actio.

10 *MARCELLUS* Gaurus Marcello: binas aedes habeo, alteras tibi lego[2], heres aedes alteras altius tollit et luminibus tuis officit: quid[3] cum illo agere potes? et an interesse putes, suas aedes altius tollat an hereditarias? et de illo quaero, an per alienas aedes accessum heres ad eam rem, quae legatur, praestare debet, sicut solet quaeri, cum usus fructus loci legatus est, ad quem locum accedi nisi per alienum non potest. Marcellus respondit: qui binas aedes habebat, si alteras legavit, non dubium est, quin heres alias possit altius tollendo obscurare lumina legatarum aedium: idem dicendum est, si alteri aedes, alteri aliarum usum fructum legaverit. non autem semper simile est itineris argumentum, quia sine accessu nullum est fructus legatum, habitare autem potest et aedibus obscuratis. ceterum usu fructu loci legato etiam accessus dandus est, quia et haustu relicto iter quoque ad hauriendum praestaretur. sed ita officere luminibus et obscurare le-

τόπῳ, λέγει ὁ Μούκιος· καὶ ὀρθῶς, διότι τὸ δένδρον δὲν ἔμενεν ἐν τῇ στάσει αὐτοῦ καὶ τῇ θέσει οὕτως, ὡς ὁ τοῖχος, ἕνεκα τῆς φυσικῆς κινήσεως τοῦ δένδρου.

8 *ΓΑΪΟΣ* Τὸν τοῖχον, ὅστις ἐκ φυσικοῦ λόγου εἶνε κοινός, δὲν ἔχει δικαίωμα ὁ ἕτερος τῶν γειτόνων νὰ καταλύσῃ καὶ ἀνανεώσῃ, καθόσον δὲν εἶνε *μόνος* κύριος.

9 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Κατ' ἐκείνου, ὅστις ἀνυψῶν [τὸν ἑαυτοῦ] ἐπισκοτίζει τὸν τοῦ γείτονος οἶκον, εἰς ὃν δὲν δουλεύει, οὐδεμία ἀρμόζει ἀγωγή.

10 *ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ* Ὁ Γαῦρος τῷ Μαρκέλλῳ: ἔχων δύω οἰκίας, κληροδοτῶ σοι τὴν μίαν, ἢ τὴν χρησικαρπίαν αὐτῆς, ὁ δὲ κληρονόμος ὑψῶν τὴν ἑτέραν ἐμποδίζει τὰ φῶτά σου· τί δύνασαι νὰ κάμῃς κατ' αὐτοῦ; καὶ ἂν φρονῇς ὅτι ἐνδιαφέρει, ἂν ὑψοῖ ἰδικήν του οἰκίαν ἢ τὴν κληρονομικήν; καὶ περὶ τούτου δ' ἐρωτῶ, ἂν ὁ κληρονόμος ὀφείλῃ νὰ παράσχῃ δι' ἀλλοτρίας οἰκίας πρόσοδον εἰς τὸ κληροδοτηθὲν πρᾶγμα, ὡς συνήθως ἐρωτᾶται, ὅταν ἐκληροδοτήθη ἡ χρησικαρπία τόπου, εἰς τὸν ὁποῖον μόνον δι' ἀλλοτρίου [τόπου] δύναταί τις νὰ προσέλθῃ. ὁ Μάρκελλος ἀπήντησεν: ὁ ἔχων δύω οἰκίας, ἐὰν τὴν μίαν ἐκληροδότησεν, δὲν ὑπάρχει ἀμφιβολία ὅτι ὁ κληρονόμος δύναται ὑψῶν τὴν ἑτέραν νὰ ἐπισκοτίσῃ τὰ φῶτα τῆς κληροδοτηθείσης οἰκίας· τὸ αὐτὸ θέλει λεχθῆ, ἐὰν εἰς ἕνα μὲν ἐκληροδότησεν οἰκίαν, εἰς ἕτερον δὲ τὴν χρησικαρπίαν ἑτέρας. δὲν εἶνε δὲ πάντοτε ὅμοιον τὸ παράδειγμα τῆς διόδου, καθόσον ἄνευ προσελεύσεως οὐδόλως ὑπάρχει κληροδοσία καρποῦ, *τὰ οἰκῆ* ὅμως δύναταί τις καὶ ἐν οἰκίᾳ σκοτεινῇ. τοὐναντίον ἐὰν ἐκληροδοτήθη ἡ χρησικαρπία τόπου, πρέπει νὰ δίδηται καὶ πρόσοδος, καθόσον καὶ ἐὰν κατελείφθη ἄντλησις, θέλει χορηγηθῆ καὶ διόδος πρὸς ἄντλησιν. ἀλλ'

(1) διαγρ. (Mo.) — (2) vel usum fructum earum προσθ. (Mo.)— (3) uum quid

gatas aedes conceditur, ut non penitus lumen recludatur, sed tantum relinquatur, quantum sufficit habitantibus in usus diurni moderatione.

11 *ULPIANUS* Qui luminibus vicinorum officere aliudve quid facere contra commodum eorum vellet, sciet se formam ac statum antiquorum aedificiorum custodi- / re debere. Si inter te et vicinum tuum non convenit, ad quam altitudinem extolli aedificia, quae facere instituisti, oporteat, arbitrum accipere poteris.

12 *JAVOLENUS* Aedificia, quae servitutem patiantur ne quid altius tollatur, viridia supra eam altitudinem habere possunt: at si de prospectu est eaque obstatura sunt, non possunt.

13 *PROCULUS* Quidam Hiberus nomine, qui habet post horrea mea insulam, balnearia fecit secundum parietem communem: non licet autem tubulos habere admotos ad parietem communem, sicuti ne parietem quidem suum per[1] parietem communem: de tubulis eo amplius hoc juris est, quod per eos flamma torretur paries: qua de re volo cum Hibero loquaris, ne rem illicitam faciat. Proculus respondit: nec Hiberum pro ea re dubitare puto, quod rem non permissam facit tubulos secundum communem parietem extruendo. / Parietem communen incrusta re licet secundum Capitonis sententiam, sicut licet mihi pretiosissimas picturas habere in pariete communi: ceterum si demolitus

(1) suum per] super (Mo.)

οὕτως ἐπιτρέπεται νὰ ἐμποδίζῃ τις τὰ φῶτα καὶ νὰ ἐπισκοτίζῃ τὴν κληροδοτηθεῖσαν οἰκίαν, ὥστε νὰ μὴ ἀποκλείῃ ἐντελῶς τὸ φῶς, ἀλλὰ τοσοῦτον νὰ καταλείπηται, ὅσον ἀρκεῖ εἰς τοὺς οἰκοῦντας διὰ μετρίαν ἐν ἡμέρᾳ χρῆσιν.

11 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὁ θέλων νὰ ἐμποδίσῃ τὰ φῶτα τῶν γειτόνων, ἢ ἄλλο τι νὰ πράξῃ ἐναντίον τοῦ συμφέροντος αὐτῶν, ἂς γινώσκῃ ὅτι ὀφείλει νὰ τηρῇ τὸ σχῆμα καὶ τὴν κατάστασιν τῶν πα- / λαιῶν οἰκοδομῶν. Ἐὰν μεταξὺ σοῦ καὶ τοῦ γείτονός σου δὲν γίνηται συμφωνία, εἰς τί ὕψος ὀφείλεις ν' ἀνεγείρῃς τὴν οἰκοδομήν, ἣν ἤρξω νὰ κάμῃς, δύνασαι νὰ λάβῃς διαιτητήν.

12 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Οἰκοδομαί, ἐφ' ὧν ὑπάρχει δουλεία νὰ μὴ ὑψωθῶσι ποσῶς, δύνανται νὰ ἔχωσι φυτὰ ὑπερβαίνοντα τὸ ὕψος τοῦτο· ἂν ὅμως [ἡ δουλεία] εἶνε περὶ ἀπόψεως, ἐκεῖνα δὲ μέλλωσι νὰ παρακωλύσωσι [ταύτην], δὲν δύνανται.

13 *ΠΡΟΚΟΥΛΟΣ* Ἰβήρός τις τὸ ὄνομα, ἔχων ὄπισθεν τῶν ἀποθηκῶν μου συνοικίαν, κατεσκεύασε λουτρῶνας παρὰ τὸν κοινὸν τοῖχον· δὲν ἐπιτρέπεται ὅμως νὰ ἔχῃ σωλῆνας τεθειμένους κατὰ μῆκος τοῦ κοινοῦ τοίχου, ὡς μηδὲ τοῖχον ἴδιον ὑπεράνω τοῦ κοινοῦ τοίχου· περὶ σωλήνων δὲ μᾶλλον τοῦτο ἰσχύει ἐκ τούτου, ὅτι δι' αὐτῶν ἀποξηραίνηται ἐκ τῆς φλογὸς ὁ τοῖχος· ὅθεν ἐπιθυμῶ νὰ ὁμιλήσῃς μετὰ τοῦ Ἰβήρου, ὥστε νὰ μὴ κάμῃ πρᾶγμα ἀθέμιτον. ὁ δὲ Πρόκουλος ἀπήντησεν: οὐδ' ὁ Ἰβῆρος φρονῶ ἀμφιβάλλει περὶ τούτου, ὅτι πρᾶγμα μὴ ἐπιτετραμμένον ποιεῖ, κατασκευάζων σωλῆνας κατὰ μήκος τοῦ / κοινοῦ τοίχου. Τοῖχον κοινὸν ἐπιτρέπεται κατὰ τὴν γνώμην τοῦ Καπίτωνος, νὰ περιβάλῃ τις διὰ μαρμάρου, ὡς ἐπιτρέπεται εἰς ἐμὲ νὰ ἔχω πολυτιμοτάτας ζωγραφίας ἐπὶ τοίχου κοινοῦ· ὅμως ἐὰν ὁ γείτων καταλύῃ [τὴν οἰ-

sit vicinus et ex stipulatu actione damn infecti agatur, non pluris quam vulgaria tectoria aestimari debent: quod observari et in incrustatione oportet.

14 *PAPIRIUS JUSTUS* Imperatores Antoninus et Severus[1] Augusti rescripserunt in area, quae nulli servitutem debet, posse dominum vel alium voluntate ejus aedificare interm'sso legitimo spatio a vicina insula.

15 *ULPIANUS* Inter servitutes ne luminibus officiatur et ne prospectui offendatur aliud et aliud observatur: quod in prospectu plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem prospectum et liberum, in luminibus autem, non officere ne lumina cujusquam obscuriora fiant. qnodcumque igitur faciat ad luminis impedimentum, prohiberi potest, si servitus debeatur, opusque ei novum nuntiari potest, si modo sic faciat, ut lumini noceat.

(1) Verus

16 *PAULUS* Lumen id est, ut caelum videretur, et interest inter lumen et prospectum: nam prospectus etiam ex inferioribus locis est, lumen ex inferiore loco esse non potest.

17 *ULPIANUS* Si arborem ponat, ut lumini officiat, aeque dicendum erit contra impositam servitutem eum facere: nam et arbor efficit, quo minus caeli videri possit. si tamen id quod ponitur lumen quidem nihil impediat, solem autem auferat, si quidem eo loci, quo gratum erat eum non esse,

κίαν του], καὶ διὰ τῆς ἐξ ἐπερωτήσεως ἀγωγῆς ἐνάγηται ἕνεκεν ἐπαπειλούσης ζημίας, δὲν πρέπει νὰ διατιμῶνται περισσότερον παρὰ τὰ κοινὰ κονιάματα· τοῦτο δὲ πρέπει καὶ ὡς πρὸς τὴν διὰ μαρμάρου περιβολὴν νὰ τηρῆται.

14 *ΠΑΠΙΡΙΟΣ ΙΟΥΣΤΟΣ* Οἱ αὐτοκράτορες Ἀντωνῖνος καὶ Βῆρος Αὔγουστοι ἀντεπέστειλαν ὅτι ἐν αὐλῇ, ἥτις εἰς οὐδένα ὀφείλει δουλείαν, δύναται ὁ κύριος ἢ ἕτερος, τῇ θελήσει αὐτοῦ, νὰ οἰκοδομήσῃ, τηρῶν τὸ νόμιμον διάστημα ἀπὸ τῆς γειτονικῆς συνοικίας.

15 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Μεταξὺ τῶν δουλειῶν νὰ μὴ ἐμποδισθῶσι τὰ φῶτα, καὶ νὰ μὴ βλαφθῇ ἡ ἄποψις, ὑπάρχει διαφορά· διότι ἐπὶ μὲν τῆς ἀπόψεως ἔχει τις περισσότερον, νὰ μὴ παρεμβληθῇ δηλ. αὐτῷ ἐμπόδιον εἰς τὴν εὐχάριστον καὶ ἐλευθέραν ἄποψιν, ἐπὶ δὲ τῶν φώτων, νὰ μὴ παρεμβληθῇ ἐμπόδιον καὶ καταστῶσι τὰ φῶτα αὐτοῦ σκοτεινότερα. ὁ,τιδήποτε λοιπὸν ποιεῖ τις πρὸς παρεμπόδισιν τοῦ φωτός, δύναται νὰ ἀπαγορευθῇ, ἐὰν ὀφείληται [τοιαύτη] δουλεία, καὶ κατὰ τῆς καινοτομίας αὐτοῦ δύναται νὰ γείνῃ διαμαρτυρία, ἀρκεῖ μόνον οὕτω νὰ ποιῇ [τοῦτο], ὥστε νὰ βλάπτῃ τὸ φῶς.

16 *ΠΑΥΛΟΣ* Φῶς εἶνε τὸ νὰ φαίνηται ὁ οὐρανός, διαφέρει δὲ τὸ φῶς ἀπὸ τῆς ἀπόψεως· διότι ἄποψις εἶνε καὶ διὰ τόπους χαμηλοτέρους· φῶς [ὅμως] ἐκ τόπων χαμηλοτέρων [προερχόμενον] δὲν δύναται νὰ ὑπάρξῃ.

17 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐάν τις θέτῃ δένδρον, οὕτω δ' ἐμποδίζῃ τὸ φῶς, θέλει ὡσαύτως λεχθῆ, ὅτι ἐναντίον τῆς ἐπιβληθείσης δουλείας πράττει· διότι καὶ τὸ δένδρον κάμνει, ὥστε νὰ μὴ δύναταί τις νὰ ἴδῃ τὸν οὐρανόν. ἂν ὅμως τὸ τιθέμενον [δένδρον] δὲν ἐμποδίζῃ μὲν οὐδόλως τὸ φῶς, ἀποκρύπτῃ ὅμως τὸν ἥλιον, ἐὰν μὲν [τοῦτο συμβαίνῃ] ἐν τό-

potest dici nihil contra servitutem facere : sin vero heliocamino vel solario, dicendum erit, quia umbram facit in loco, cui sol fuit necessarius, contra servitutem im-

*1* positam fieri. Per contrarium si deponat aedificium vel arboris ramos, quo facto locus opacus quondam coepit solis esse plenus, non facit contra servitutem : hanc enim debuit, ne luminibus officiat, nunc non luminibus officit, sed *2* plus aequo lumen facit. Interdum dici potest eum quoque, qui tollit aedificium vol deprimit, luminibus officere : si forte κατὰ ἀντανάκλασιν vel pressura quadam lumen in eas *3* aedes devolvatur. Haec lex traditionis «stillicidia uti nunc sunt, ut ita sint» hoc significat impositam vicinis necessitatem stillicidiorum excipiendorum, non illud, ut etiam emptor stillicidia suscipiat aedificiorum vicinorum : hoc igitur pollicetur venditor sibi quidem stillicidiorum servitutem de-

*4* beri, se autem nulli debere. Quae de stillicidio scripta sunt, etiam in ceteris servitutibus accipienda sunt, si in contrarium nihil nominatim actum est.

18 *POMPONIUS* Si fistulae, per quas aquam ducas, aedibus meis applicatae damnum mihi dent, in factum actio mihi competit : sed et damni infecti stipulare a te potero.

19 *PAULUS* Fistulam iunctam parieti communi, quae aut ex castello aut ex caelo aquam capit,

πω, ἐν τῷ ὁποίῳ εἶνε εὐχάριστον νὰ μὴ εἶνε [ἥλιος], δύναται νὰ λεχθῇ ὅτι οὐδὲν ἐναντίον τῆς δουλείας γίνεται· ἂν ὅμως ἐν ἡλιοκαμίνῳ ἢ ἡλιακῷ, θέλει λεχθῇ ὅτι, ἐπειδὴ ποιεῖ σκιὰν ἐν τόπῳ, ἔνθα ὁ ἥλιος εἶνε ἀναγκαῖος, ἐναντίον τῆς ἐπιβληθείσης δουλείας πράττει. *1* Ἐξ ἐναντίας, ἐὰν ἀφαιρῇ οἰκοδόμημα ἢ κλάδους δένδρου, ἐξ οὗ τόπος σύσκιος πρότερον ἦρξατο νὰ εἶνε πλήρης ἡλίου, δὲν πράττει ἐναντίον τῆς δουλείας· διότι ὤφειλε ταύτην, ὥστε νὰ μὴ ἐμποδίζῃ τὰ φῶτα, ἤδη δὲ δὲν ἐμποδίζει αὐτά, ἀλλὰ ποιεῖ φῶς περισσότερον *2* τοῦ συνήθους. Ἐνίοτε δύναται νὰ λεχθῇ ὅτι καὶ ἐκεῖνος, ὅστις ἀφαιρεῖ οἰκοδόμημα ἢ χαμηλόνει, ἐμποδίζει τὰ φῶτα, ἐὰν λ. χ. κατ' ἀντανάκλασιν ἢ θλᾶσιν τινα [τῶν ἀκτίνων] φέρηται τὸ *3* φῶς εἰς τὴν [ἑτέραν] οἰκίαν. Ὁ ἐξῆς ὅρος παραδόσεως «οἱ σταλαγμοὶ θέλουσι μένει οὕτως, ὡς τώρα εἶνε», δηλοῖ τοῦτο, ὅτι δηλ. ἐπιβάλλεται εἰς τοὺς γείτονας ἡ ὑποχρέωσις νὰ δέχωνται τοὺς σταλαγμούς, οὐχὶ δὲ τοῦτο, ὅπως καὶ ὁ ἀγοραστὴς δέχηται τοὺς σταλαγμοὺς τῶν γειτονικῶν οἰκοδομημάτων· τοῦτο [μόνον] λοιπὸν ὑπισχνεῖται ὁ πωλητής, ὅτι ὀφείλεται μὲν εἰς ἑαυτὸν ἡ τῶν σταλαγμῶν δουλεία, αὐτὸς ὅμως *4* εἰς οὐδένα ὀφείλει [τοιαύτην]. Ὅσα περὶ σταλαγμοῦ ἐγράφησαν, πρέπει νὰ νοῶνται καὶ διὰ τὰς λοιπὰς δουλείας, ἐὰν μηδὲν ἀντίθετον ῥητῶς συνεφωνήθη.

18 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν σωλῆνες, δι' ὧν φέρεις ὕδωρ, ἐφηρμοσμένοι ἐπὶ τῆς οἰκίας μού μοι προξενῶσι ζημίαν, ἀρμόζει εἰς ἐμὲ ἡ ἐκ τοῦ γεγονότος ἀγωγή· ἀλλὰ καὶ νὰ ἐπερωτήσω σε περὶ ἐπαπειλούσης ζημίας δύναμαι.

19 *ΠΑΥΛΟΣ* Σωλῆνα, ὅστις εἴτε ἐκ δεξαμενῆς εἴτε ἐκ τῆς βροχῆς λαμβάνει ὕδωρ, οὐχὶ δικαίως ἔχωμεν ἡνω-

non jure haberi Proculus ait: sed non posse prohiberi vicinum, quo minus balineum habeat secundum parietem communem, quamvis umorem capiat paries: non magis quam si vel in triclinio suo vel in cubiculo aquam effunderet. sed Neratius ait, si talis sit usus tepidarii, ut adsiduum umorem habeat et id noceat vicino, posse

1 prohiberi eum. Iuxta communem parietem cameram ex figlino opere factam, si ita retineatur, ut etiam sublato pariete maneat, si modo non impediat refectionem communis parietis, jure haberi li-
2 cet. Scalas posse me ad parietem communem habere Sabinus recte scribit, quia removeri hae possunt.

20 *IDEM* Servitutes, quae in superficie consistunt, possessione retinentur. nam si forte ex aedibus meis in aedes tuas tignum immissum habuero, hoc, ut immissum habeam, per causam tigni possideo habendi consuetudinem[1]. idem eveniet et si menianum[2] in tuum immissum habuero aut stillicidium[3] in tuum proiecero, quia in tuo aliquid utor et si[4] quasi facto

1 quodam possideo. Si domo mea altior area tua esset tuque mihi per aream tuam in domum meam ire agere cessisti nec ex plano aditus ad domum meam per aream tuam esset, vel gradus vel clivos propius ianuam meam jure facere possum, dum ne quid ultra quam quod necesse esset itineris cauua

(1) hab. cons. διαγρ. (Mo.)—(2) stillicidium (σ. μ.)— (3) menianum (σ.μ.)—(4) sic (Hal.)

μένον μετὰ κοινοῦ τοίχου, λέγει ὁ Πρόκουλος. ὅμως δὲν δύναται νὰ ἐμποδισθῇ ὁ γείτων, τοῦ νὰ ἔχῃ λουτρῶνα κατὰ μῆκος τοῦ κοινοῦ τοίχου, καί τοι ὁ τοῖχος προσλαμβάνει ὑγρασίαν· ὡς ἐπίσης ἐὰν εἴτε ἐν τῷ ἑστιατορίῳ αὐτοῦ, εἴτε ἐν τῷ κοιτῶνι ἤθελεν ἐκχύσει ὕδωρ. ἀλλ' ὁ Νεράτιος λέγει ὅτι, ἐὰν τοιαύτη εἶνε ἡ χρῆσις τοῦ θερμοῦ λουτρῶνος, ὥστε ἔχει συνεχῆ ὑγρασίαν, καὶ βλάπτῃ τοῦτο τὸν γείτονα, δύνα-
1 ται ἐκεῖνος νὰ ἐμποδισθῇ. Πλησίον κοινοῦ τοίχου καλῶς ἐπιτρέπεται νὰ ἔχῃ τις καμάραν ἐκ κεράμων κατεσκευασμένην, ἐὰν οὕτω συγκρατῆται, ὥστε καὶ καταλυθέντος τοῦ τοίχου νὰ μένῃ, ἀρκεῖ μόνον νὰ μὴ ἐμποδίζῃ τὴν
2 ἐπισκευὴν τοῦ κοινοῦ τοίχου. Κλίμακας δύναμαι νὰ ἔχω ἐπὶ κοινοῦ τοίχου, γράφει ὀρθῶς ὁ Σαβῖνος, διότι αὗται δύνανται ν' ἀποκινηθῶσιν.

20 *Ο ΑΥΤΟΣ* Αἱ δουλεῖαι, αἵτινες ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ συνίστανται, διατηροῦνται διὰ τῆς νομῆς· διότι ἐὰν λ. χ. ἐκ τῆς οἰκίας μου ἔχω ἐμβάλει δοκὸν εἰς τὴν οἰκίαν σου, διὰ τῆς δοκοῦ νέμομαι τὴν δουλείαν, τοῦ νὰ ἔχω ἐμβεβλημένην [δοκόν]. τὸ αὐτὸ θέλει συμβῆ, καὶ ἂν ὑδρορρόην εἰς τὴν ἰδικήν σου ἔχω ἐμβάλει, ἢ ἑξώστην ἐπὶ τοῦ ἰδικοῦ σου ἔχω προοικοδομήσει, διότι ἀσκῶ ἐπὶ τοῦ ἰδικοῦ σου [κτήματος] χρῆσίν τινα, καὶ οὕτως ὡσεὶ διά τινος πράξεως
1 νέμομαι. Ἐὰν ἡ αὐλή σου εἶνε ὑψηλότερον τῆς οἰκίας μου, σὺ δέ μοι παρεχώρησας νὰ πορεύωμαι [ἢ] ἐλαύνω εἰς τὴν οἰκίαν μου διὰ τῆς αὐλῆς σου, ἡ δὲ προσέλευσις εἰς τὴν οἰκίαν μου διὰ τῆς αὐλῆς σου δὲν εἶνε ὁμαλή, δύναμαι ἐγκύρως νὰ κατασκευάσω πλησίον τῆς θύρας μου βαθμίδας ἢ κατωφέρειαν, ἀρκεῖ χάριν τῆς ὁδοῦ νὰ μὴ καταστρέψω τι περισσότερον παρ' ὅ,τι εἶνε ἀναγ-

2 demoliar. Si sublatum sit aedificium, ex quo stillicidium cadit, ut eadem specie et qualitate reponatur, utilitas exigit, ut idem intellegatur: nam alioquin si quid[1] strictius interpretetur, aliud est quod sequenti loco ponitur: et ideo sublato aedificio usus fructus interit, quamvis area pars est ae-

3 dificii. Si servitus stillicidii imposita sit, non licet domino servientis areae ibi aedificare, ubi cassitare coepisset stillicidium. 4 Si antea ex tegula cassitaverit stillicidium, postea ex tabulato vel ex alia materia cassitare non po-

5 test. Stillicidium quoquo modo adquisitum sit, altius tolli potest: levior enim fit eo facto servitus, cum quod ex alto, cadet[2] lenius et interdum direptum nec perveniat ad locum servientem: inferius demitti non potest, quia fit gravior servitus, id est pro stillicidio flumen. eadem causa retro duci potest stillicidium, quia in nostro magis incipiet cadere, produci non potest, ne alio loco cadat stillicidium, quam in quo posita servitus est: lenius facere poterimus, acrius non. et omnimo sciendum est meliorem vicini condicionem fieri posse, deteriorem non posse, nisi aliquid nominatim[3] servitute impo-

6 nenda immutatum fuerit. Qui in area, in qua stillicidium cadit,

(1) quis (Mo.)—(2) ex alto cadit, cadat (Mo.) (3) in προσθ.

2 καῖον. Ἐὰν οἰκοδόμημα, ἐξ οὗ πίπτει ὁ σταλαγμός, κατελύθη, ἵνα κατὰ τὸ αὐτὸ εἶδος καὶ ποιότητα ἀνοικοδομηθῇ, ἡ χρησιμότης ἀπαιτεῖ, νὰ θεωρῆται τὸ αὐτὸ [ὡς καὶ πρότερον]· διότι ἄλλως ἐάν τις αὐστηρότερον κρίνῃ, ἕτερον εἶνε τὸ κατόπιν οἰκοδομηθέν· καὶ διὰ τοῦτο καταλυθέντος τοῦ οἰκοδομήματος, ἡ χρησικαρπία σβέννυται, καί τοι τὸ ἔδαφος εἶνε μέρος τοῦ οἰκοδο-
3 μήματος. Ἐὰν ἐπεβλήθη δουλεία σταλαγμοῦ, δὲν ἐπιτρέπεται εἰς τὸν κύριον τοῦ δουλεύοντος ἐδάφους νὰ οἰκοδομήσῃ ἐκεῖ, ἔνθα ἤρξατο νὰ πίπτῃ
4 ὁ σταλαγμός. Ἐὰν πρότερον ὁ σταλαγμὸς ἔπιπτεν ἐκ κεράμου, κατόπιν δὲν δύναται νὰ πίπτῃ ἐκ στέγης σανιδωτῆς ἢ ἐξ ἄλλης ὕλης [κατεσκευα-
5 σμένης]. Καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἀπεκτήθη ὁ σταλαγμός, δύναται νὰ ὑψωθῇ· διότι οὕτως ἡ δουλεία καθίσταται ἐλαφροτέρα, καθόσον ὅ,τι ἀπὸ ὕψους πίπτει, πίπτει μαλακώτερον, καὶ ἐνίοτε διαλυόμενον οὐδὲ φθάνει εἰς τὸν δουλεύοντα τόπον. χαμηλότερον [ὅμως] νὰ καταβιβασθῇ δὲν δύναται, καθόσον ἡ δουλεία καθίσταται βαρυτέρα, τουτέστιν ἀντὶ *σταλαγμοῦ*, *ροή*. ἐκ τῆς ἰδίας αἰτίας δύναται ὁ σταλαγμὸς νὰ συρθῇ πρὸς τὰ ὀπίσω, καθόσον ἄρχεται μᾶλλον ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου [ἐδάφους] νὰ πίπτῃ, πρὸς τὰ ἐμπρὸς ὅμως δὲν δύναται, ἵνα μὴ εἰς ἕτερον τόπον πίπτῃ ὁ σταλαγμός, παρὰ ἔνθα εἶνε τεθειμένη ἡ δουλεία· μαλακώτερον δηλ. δυνάμεθα νὰ καταστήσωμεν [τὸν σταλαγμόν], ἰσχυρότερον δ' οὐχί. καὶ γενικῶς δέον νὰ γνωσθῇ ὅτι, καλλιτέραν μὲν δυνάμεθα νὰ ποιήσωμεν τὴν κατάστασιν τοῦ γείτονος, χειροτέραν [ὅμως] δὲν δυνάμεθα, ἐὰν μὴ ῥητῶς μετεβλήθη τι ὡς πρὸς τὴν ἐπίθεσιν τῆς δουλείας.
6 Ὅστις ἐπὶ ἐδάφους, ἐφ' οὗ πίπτει σταλαγμός, οἰκοδομεῖ, δύναται νὰ φέρῃ

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

aedificat, usque ad eum locum perducere aedificium potest, unde stillicidium cadit: sed et si in aedificio cadit stillicidium, supra aedificare ei conceditur, dum tamem stillicidium recte recipiatur.

21 *POMPONIUS* Si domus tua aedificiis meis utramque servitutem deberet, ne altius tolleretur et ut stillicidium aedificiorum meorum recipere deberet, et tibi concessero ius esse invito me altius tollere aedificia tua, quod ad stillicidium meum attinet, sic statui debebit, ut, si altius sublatis aedificiis tuis stillicidia mea cadere in ea non possint, ea ratione altius tibi aedificare non liceat: si non impediantur stillicidia mea, liceat tibi altius tollere.

22 *JULIANUS* Qui aedificium habet, potest servitutem vicino imponere, ut non solum de his luminibus, quae in praesentia erunt, sed etiam de his quae postea fuerint, caveat.

23 *POMPONIUS* Si servitus imposita fuerit «lumina quae nunc sunt, ut ita sint», de futuris luminibus nihil caveri videtur: quod si ita sit cautum «ne luminibus officiatur», ambigua est scriptura, utrum ne his luminibus officiatur quae nunc sint, an etiam his quae postea quoque fuerint: et humanius est verbo generali omne lumen significari, sive quod in praesenti sive quod post tempus con-

1 ventionis contigerit. Futuro quoque aedificio, quod nondum est, vel imponi vel adquiri servitus potest.

τὸ οἰκοδόμημα μέχρις ἐκείνου τοῦ σημείου, ὁπόθεν πίπτει ὁ σταλαγμός· ἀλλὰ καὶ ἂν ἐπὶ οἰκοδομήματος πίπτῃ σταλαγμός, ἐπιτρέπεται νὰ οἰκοδομήσῃ τις ὑπεράνω, ἀρκεῖ μόνον ὁ σταλαγμὸς νὰ λαμβάνηται καλῶς.

21 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν ὁ οἶκός σου ὀφείλῃ εἰς τὴν οἰκοδομήν μου καὶ τὰς δύω δουλείας, νὰ μὴ ὑψωθῇ δηλ. καὶ νὰ δέχηται τὸν σταλαγμὸν τῆς οἰκοδομῆς μου, ἐπιτρέψω δὲ εἰς σὲ τὸ δικαίωμα νὰ ὑψώσῃς τὴν οἰκοδομήν σου ἄκοντος ἐμοῦ,—ὅσον ἀποβλέπει εἰς τὸν σταλαγμόν μου, οὕτω πρέπει νὰ ὁρισθῇ, ὅτι, ἂν μὲν ὑψουμένης τῆς οἰκοδομῆς σου δὲν δύνανται οἱ σταλαγμοί μου νὰ πίπτωσιν ἐπ' αὐτῆς, ἐκ τοῦ λόγου τούτου δέν σοι ἐπιτρέπεται νὰ οἰκοδομήσῃς ὑψηλότερον· ἂν [ὅμως] δὲν ἐμποδίζωνται οἱ σταλαγμοί μου, σοὶ ἐπιτρέπεται νὰ ὑψώσῃς.

22 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ὁ ἔχων οἰκοδόμημα, δύναται νὰ ἐπιθέσῃ δουλείαν εἰς τὸν γείτονα, ὥστε [οὗτος] νὰ ἐγγυηθῇ περὶ [μὴ ἐπισκοτίσεως] ὄχι μόνον τῶν ὑπαρχουσῶν φωταγωγῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐκείνων, αἵτινες κατόπιν ἤθελον γείνει.

23 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν ἐπεβλήθη ἡ δουλεία «τὰ φῶτα θέλουσιν εἶσθαι, ὡς τώρα εἶνε,» θεωρεῖται ὅτι περὶ μελλουσῶν φωταγωγῶν οὐδεμία ἐδόθη ἀσφάλεια· ἂν ὅμως ἐδόθη ἡ ἐξῆς ἀσφάλεια «νὰ μὴ ἐμποδισθῶσι τὰ φῶτα,» ἡ διατύπωσις εἶνε ἀμφίβολος, ἆράγε νὰ μὴ ἐμποδισθῶσι τὰ φῶτα, ἅτινα τώρα ὑπάρχουσιν, ἢ καὶ αἱ κατόπιν γεννησόμεναι φωταγωγοί· ἐπιεικέστερον λοιπὸν εἶνε διὰ τῆς γενικῆς λέξεως [φῶς], πᾶν φῶς νὰ περιλαμβάνηται, εἴτε ὅπερ ἐν τῷ παρόντι [ὑπάρχει], εἴτε ὅπερ μετὰ τὸν χρόνον τῆς συμβάσεως ἤθελε προστεθῆ.

1 Καὶ ὡς πρὸς μέλλον δ' οἰκοδόμημα, ὅπερ δὲν ὑπάρχει εἰσέτι, δύναται εἴτε νὰ ἐπιβληθῇ εἴτε ν' ἀποκτηθῇ δουλεία.

24 *PAULUS* Cuius aedificium jure superius est, ei ius est in infinito supra suum aedificium imponere, dum inferiora aedificia non graviore servitute oneret quam pati debent.

25 *POMPONIUS* Hoc, quod dictum est de immissis, locum habet ex aedificio alio in aliud: aliter enim supra alienum aedificium superius habere nemo potest. Si ex tribus aedibus in loco impari positis aedes mediae superioribus serviant aedibus, inferiores autem nulli serviant, et paries communis, qui sit inter aedes inferiores et medias, altius a domino inferiorum aedium sublatus sit, jure eum altius habiturum Sabinus ait.

26 *PAULUS* In re communi nemo dominorum jure servitutis neque facere quicquam invito altero potest neque prohibere, quo minus alter faciat: nulli enim res sua servit. itaque propter immensas contentiones plerumque res ad divisionem pervenit. sed per communi dividundo actionem consequitur socius, quo minns opus fiat aut ut id opus quod fecit tollat, si modo toti societati prodest opus tolli.

27 *POMPONIUS* Sed si inter te et me communes sunt Titianae aedes et ex his aliquid non jure in alias aedes meas proprias immissum sit, nempe[1] tecum mihi agere licet aut rem perdere[2]. idem fiet, si ex tuis propriis aedibus in communes meas et tuas aedes quid

(1) nempe] de ea re (Mo.)
(2) partiri (Mo.)

24 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐκεῖνος, τοῦ ὁποίου τὸ οἰκοδόμημα εἶνε δικαιώματι [δουλείας] ὑπέρτερον, δύναται νὰ κτίζῃ ἐπ' αὐτοῦ ἀορίστως, ἀρκεῖ νὰ μὴ ἐπιβαρύνῃ τὰ κατώτερα οἰκοδομήματα διὰ βαρυτέρας δουλείας, παρ' ὅ,τι ὀφείλουσι νὰ δέχωνται.

25 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐκεῖνο δὲ ὅπερ περὶ ἐμβολῆς [δοκοῦ] ἐλέχθη, λαμβάνει χώραν [ἐπὶ ἐμβολῆς] ἐξ ἑνὸς οἰκοδομήματος εἰς ἕτερον· διότι ἄλλως οὐδεὶς δύναται νὰ ἔχῃ τι ὑπεράνω ἀλλοτρίου οἰκοδομήματος. Ἐὰν ἐκ τριῶν οἰκιῶν ἐπὶ τόπου ἀνίσου τεθειμένων, ἡ μεσαία δουλεύῃ εἰς τὴν ἀνωτάτην οἰκίαν, ἡ δὲ κατωτάτη εἰς οὐδεμίαν δουλεύῃ, ὁ δὲ κοινὸς τοῖχος, ὅστις εἶνε μεταξὺ τῆς κατωτάτης καὶ τῆς μεσαίας, ὑψωθῇ ὑπὸ τοῦ κυρίου τῆς κατωτάτης οἰκίας, καλῶς ὑψώνει οὗτος, λέγει ὁ Σαβῖνος.

26 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐπὶ πράγματος κοινοῦ οὐδεὶς τῶν κυρίων δύναται δικαιώματι δουλείας εἴτε νὰ πράξῃ τι ἄκοντος τοῦ ἑτέρου, εἴτε νὰ ἐμποδίσῃ ἕτερον τοῦ νὰ πράξῃ· διότι εἰς οὐδένα δουλεύει τὸ ἴδιον πρᾶγμα. διὰ τοῦτο ἕνεκα τῶν ἀτελευτήτων ἐρίδων πολλάκις τὸ πρᾶγμα καταντᾷ εἰς διαίρεσιν. ἀλλὰ διὰ τῆς περὶ διαιρέσεως κοινοῦ ἀγωγῆς ἐπιτυγχάνει ὁ κοινωνός, ὥστε νὰ μὴ γείνῃ τὸ ἔργον, ἢ τὸ γενόμενον ν' ἀφαιρῆται, ἀρκεῖ μόνον ὁλόκληρον τὴν κοινωνίαν νὰ ὠφελῇ ἡ ἀφαίρεσις τοῦ ἔργου.

27 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἀλλ' ἐὰν μεταξὺ σοῦ καὶ ἐμοῦ ὑπάρχῃ κοινὴ ἡ Τιτιανὴ οἰκία, καὶ ἐκ ταύτης ἐμβληθῇ τι ἄνευ δικαίου [δουλείας] εἰς ἑτέραν οἰκίαν ἀποκλειστικῶς ἰδικήν μου, δύναμαι ἐκ τούτου [εἴτε] νὰ ἐγείρω κατὰ σοῦ ἀγωγήν, εἴτε νὰ ζητήσω τὴν διαίρεσιν. τὸ αὐτὸ θέλει γείνει, ἐὰν ἐξ ἀποκλειστικῶς ἰδικῆς σου οἰκίας ἤθελεν ὁμοίως προβληθῇ τι εἰς οἰκίαν κοινήν

similiter esset proiectum: mihi enim soli tecum est actio. Si in area communi aedificare velis, socius prohibendi ius habet, quamvis tu aedificandi ius habeas a vicino concessum, quia invito socio in jure[1] communi non habeas ius aedificandi.

28 *PAULUS* Foramen in imo pariete conclavis vel triclinii,[2] quod esset proluendi pavimenti causa. id neque flumen esse neque tempore adquiri placuit. hoc ita verum est, si in eum locum nihil ex caelo aquae veniat (neque enim perpetuam causam habet quod manu fit): at quod ex caelo cadit, etsi non adsidue fit, ex naturali tamen causa fit: et ideo perpetuo fieri existimatur. omnes autem servitutes praediorum perpetuas causas habere debent, et ideo neque ex lacu neque ex stagno concedi aquae ductus potest. stillicidii quoque immittendi naturalis et perpetua causa esse debet.

29 *POMPONIUS* Si quid igitur ex eo foramine, ex quo servitus non consistit, damnum vicinus sensisset, dicendum est damni infecti stipulationem locum habere.

30 *PAULUS* Si juis aedes, quae suis aedibus servirent, cum emisset traditas sibi accepit, confusa sublataque servitus est, et si rursus vendere vult, nominatim imponenda servitus est: alioquin li-

(1) re — (2) si προσθ. (Mo.)

berae veniunt. Si partem praedii nanctus sim, quod mihi aut

ἐμοῦ καὶ σοῦ. διότι εἰς ἐμὲ μόνον ἀφορμόζει κατὰ σοῦ ἀγωγή. Ἐὰν ἐπὶ οἰκοπέδου κοινοῦ θέλῃς νὰ οἰκοδομήσῃς, ὁ κοινωνὸς ἔχει τὸ δικαίωμα νὰ σὲ ἐμποδίσῃ, καίτοι παρὰ τοῦ γείτονος παρεχωρήθη εἰς σὲ τὸ δικαίωμα τοῦ νὰ οἰκοδομήσῃς, καθόσον ἄκοντος τοῦ κοινωνοῦ δὲν ἔχεις τὸ δικαίωμα τοῦ οἰκοδομεῖν ἐπὶ τόπου κοινοῦ.

28 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὀπὴ εἰς τὸ κατώτατον μέρος τοῦ τοίχου δωματίου ἢ ἐστιατηρίου, ἐὰν εἶνε πρὸς πλύσιν τοῦ λιθοστρώτου, εἶνε δεκτὸν ὅτι οὔτε ῥοὴ εἶνε, οὔτε διὰ τοῦ χρόνου ν' ἀποκτηθῇ δύναται. τοῦτο δὲ εἶνε ὀρθὸν τότε, ὅταν ἐπὶ τοῦ τόπου ἐκείνου μηδόλως πίπτῃ ὕδωρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. (διότι δὲν ἔχει διηνεκῆ αἰτίαν ὅ,τι διὰ χειρὸς γίνεται)· ὅ,τι ὅμως ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πίπτει, καὶ ἂν μὴ γίνηται ἀδιακόπως, ὅμως ἐκ φυσικῆς αἰτίας γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο διηνεκῶς θεωρεῖται γινόμενον. πᾶσαι δὲ αἱ δουλεῖαι τῶν κτημάτων διηνεκεῖς αἰτίας πρέπει νὰ ἔχωσι, καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἐκ λίμνης οὔτε ἐξ ὑδροστασίου δύναται νὰ παραχωρηθῇ ὑδραγωγεῖον. ὡσαύτως πρὸς ἐπιβολὴν [δουλείας] σταλαγμοῦ, πρέπει νὰ ὑπάρχῃ αἰτία φυσικὴ καὶ διηνεκής.

29 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν λοιπὸν ἐκ τοιαύτης ὀπῆς, ἐξ ἧς δὲν συνίσταται δουλεία, ὁ γείτων ἤθελεν ὑποστῇ βλάβην τινά, δέον νὰ εἴπωμεν, ὅτι λαμβάνει χώραν ἡ περὶ ἐπαπειλούσης ζημίας ἐπερώτησις.

30 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐάν τις οἰκίαν, ἥτις ἐδούλευεν εἰς τὴν ἰδικήν του, ἀφοῦ ἠγόρασε, παραδοθεῖσαν αὐτῷ ἔλαβεν, ἡ δουλεία διὰ τῆς συγχύσεως ἐξηλείφθη· ἐὰν λοιπὸν θέλῃ νὰ μεταπωλήσῃ [τὴν οἰκίαν], ῥητῶς δέον νὰ ἐπιβληθῇ ἡ δουλεία, ἄλλως [ἡ οἰκία] ἐλευθέρα πωλεῖται. Ἐὰν ἀπέκτησα μέρος τοῦ κτήματος, ὅπερ ἐδούλευεν εἰς ἐμέ, ἡ

cui ego serviam, non confundi servitutem placet, quia pro parte servitus retinetur. itaque si praedia mea praediis tuis serviant et[1] tuorum partem mihi et ego meorum partem tibi tradidero, manebit servitus. item usus fructus in alterutris praediis adquisitus non interrumpit servitutem.

31 *IDEM* Si testamento damnatus heres, ne officeret vicini luminibus servitutemque praestaret, deposuit aedificium, concedenda erit legatario utilis actio, qua prohibeatur heres, si postea extollere supra priorem modum aedificium conabitur.

32 *JULIANUS* Si aedes meae serviant aedibus Lucii Titii et aedibus Publii Maevii, ne altius aedificare mihi liceat, et a Titio precario petierim, ut altius tollerem, atque ita per statutum tempus aedificatum habuero, libertatem adversus Publium Maevium usucapiam : non enim una servitus Titio et Maevio debebatur, sed duae. argumentum rei praebet, quod, si alter ex his servitutem mihi remisisset, ab eo solo liberarer, alteri nihilo minus servitutem de-

(1) tu προσθ. (Ryg.)

berem. Libertas servitutis usucapitur, si aedes possideantur : quare si is, qui altius aedificatum habebat, ante statutum tempus aedes possidere desiit, interpellata usucapio est. is autem, qui postea easdem aedes possidere coeperit, integro statuto tempore liberta-

τἀνάπαλιν, εἶνε δεκτὸν ὅτι δὲν συγχέεται ἡ δουλεία, καθόσον αὕτη μερικῶς διατηρεῖται. ὅθεν ἐὰν κτήματά μου δουλεύωσιν εἰς ἰδικά σου κτήματα, καὶ σὺ παραδώσῃς μέρος τῶν ἰδικῶν σου εἰς ἐμέ, ἐγὼ δὲ μέρος τῶν ἰδικῶν μου εἰς σέ, ἡ δουλεία μένει. ὡσαύτως χρησικαρπία ἐπὶ τοῦ ἑνὸς ἢ τοῦ ἑτέρου κτήματος ἀποκτηθεῖσα δὲν διακόπτει τὴν δουλείαν.

31 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν κληρονόμος τις καταδικασθεὶς διὰ τῆς διαθήκης νὰ μὴ βλάψῃ τὰ φῶτα τοῦ γείτονος, ἀλλὰ νὰ παράσχῃ [τοιαύτην] δουλείαν, κατέρριψε τὸ οἰκοδόμημα,—θέλει δοθῇ εἰς τὸν κληροδόχον ὠφέλιμος ἀγωγή, δι' ἧς ἐμποδίζεται ὁ κληρονόμος, ἐὰν κατόπιν πειρᾶται νὰ ὑψώσῃ οἰκοδομὴν ὑπεράνω τοῦ προγενεστέρου μέτρου.

32 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ἐὰν οἰκία μου δουλεύῃ εἰς οἰκίαν τοῦ Λουκίου Τιτίου, καὶ εἰς οἰκίαν τοῦ Πουβλίου Μαιβίου, νὰ μὴ δύναμαι δηλ. νὰ οἰκοδομήσω ὑψηλότερον, παρὰ δὲ τοῦ Τιτίου διὰ παρακλήσεως λάβω τὴν ἄδειαν νὰ πράξω τοῦτο, οὕτω δὲ κατὰ τὸν [πρὸς ἀπόσβεσιν τῶν δουλειῶν] ὡρισμένον χρόνον ἔχω ᾠκοδομημένον, χρησικτῶμαι τὴν ἐλευθερίαν ἐναντίον [μόνου] τοῦ Πουβλίου Μαιβίου· διότι δὲν ὠφείλετο μία δουλεία εἰς τὸν Τίτιον καὶ Μαίβιον, ἀλλὰ δύω. ἀπόδειξιν δὲ τοῦ πράγματος παρέχει τὸ ὅτι, ἐὰν ὁ εἷς αὐτῶν μοὶ εἶχεν ἀφήσει τὴν δουλείαν, ἀπὸ τούτου μόνου ἤθελον ἀπαλλαγῆ, εἰς δὲ τὸν ἕτερον θὰ ὤφειλον οὐδὲν ἧττον τὴν δουλείαν. Ἡ ἐλευθερία δουλείας χρησικτᾶται, ἐὰν νέμηταί τις τὴν [δουλεύουσαν] οἰκίαν· διὰ τοῦτο ἐὰν ἐκεῖνος, ὅστις εἶχεν οἰκοδομήσει ὑψηλότερον, πρὸ τοῦ [διὰ τὴν ἀπόσβεσιν] ὡρισμένου χρόνου ἔπαυσε νὰ νέμηται τὴν οἰκίαν, ἡ χρησικτησία διεκόπει. ἐκεῖνος δέ, ὅστις κατόπιν ἤρξατο νὰ νέμηται

tem usucapiet. natura enim servitutium ea est, ut possideri non possint, sed intellegatur possessionem earum habere, qui aedes possidet.

33 *PAULUS* Eum debere columnam restituere, quae onus vicinarum aedium ferebat, cujus essent aedes quae servirent, non eum, qui imponere vellet. nam cum in lege aedium ita scriptum esset: «paries oneri ferundo uti nunc est, ita sit», satis aperte significari in perpetuum parietem esse debere: non enim hoc his verbis dici, ut in perpetuum idem paries aeternus[1] esset. quod ne fieri quidem posset, sed uti ejusdem modi paries in perpetuum esset qui onus sustineret: quemadmodum si quis alicui cavisset, ut servitutem praeberet, qui[2] onus suum sustineret, si ea res quae servit et tuum onus ferret, perisset, alia in locum ejus dari debeat.

34 *JULIANUS* Et qui duas areas habet, alteram tradendo servam alteri efficere potest.

35 *MARCIANUS* Si binarum aedium dominus dixisset eas quas venderet servas fore, sed in traditione non fecisset mentionem servitutis, vel ex vendito agere potest vel incertum condicere, ut servitus imponatur.

36 *PAPINIANUS* Binas quis aedes habebat una contignatione tectas: utrasque diversis legavit. dixi, quia magis placeat tignum

τὴν αὐτὴν οἰκίαν, θέλει ἀποκτήσει διὰ τῆς χρήσεως τὴν ἐλευθερίαν σὺν [τῇ παρελεύσει] ἀκεραίου τοῦ ὡρισμένου χρόνου. διότι ἡ φύσις τῶν δουλειῶν εἶνε τοιαύτη, ὥστε δὲν δύναταί τις νὰ νέμηται ταύτας, ἀλλὰ θεωρεῖται ἔχων τὴν νομὴν αὐτῶν, ὅστις νέμεται τὴν οἰκίαν.

33 *ΠΑΥΛΟΣ* Τὴν στήλην, ἥτις ἔφερε τὸ βάρος γειτονικῆς οἰκίας, ἐκεῖνος ὀφείλει νὰ ἐπισκευάζῃ, εἰς ὃν ἀνήκει ἡ δουλεύουσα οἰκία, οὐχὶ δ' ἐκεῖνος, ὅστις ἔχει ἐπιτεθειμένην [τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν]· διότι, ὅταν ἐγράφη ἐν τῇ περὶ τῶν οἰκιῶν συμφωνίᾳ οὕτως: «ὁ φέρων τὸ βάρος τοῖχος θέλει εἶσθαι, ὡς τώρα εἶνε», λίαν σαφῶς ἐδηλώθη, ὅτι ὁ τοῖχος δέον νὰ ὑπάρχῃ διηνεκῶς· δὲν λέγεται λοιπὸν διὰ τῶν ρημάτων τούτων τὸ ὅτι διηνεκῶς θέλει εἶσθαι ὁ αὐτὸς τοῖχος, ὅπερ μηδὲ νὰ πραγματωθῇ δύναται, ἀλλ' ὅτι τοῦ αὐτοῦ εἴδους τοῖχος θέλει διηνεκῶς εἶσθαι, ἵνα ὑποβαστάζῃ τὸ βάρος· καθὼς ἐάν τις ὑπεσχέθη εἴς τινα, ὅτι θὰ ὑποβαστάζῃ τὸ βάρος [τῆς οἰκίας τούτου], ἠφανίσθη δὲ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ δουλεύει καὶ φέρει τὸ βάρος, ἕτερον εἰς θέσιν αὐτοῦ δέον νὰ δοθῇ.

18 *JULIANUS* Is, cujus familia vicinum prohibebat aquam ducere, sui potestatem non faciebat, ne secum agi posset: quaerit actor, quid sibi faciendum esset. respondi oportere praetorem causa cognita jubere bona adversarii possideri et non ante inde discedere, quam is actori ius aquae ducendae constituisset et si quid, quia aquam ducere prohibitus esset, siccitatibus detrimenti cepisset, veluti si prata arboresve exaruisset[3].

19 *MARCIANUS* Si de communi servitute quis bene quidem deberi

1 μένος εἰς τὴν [οἰκίαν] του ἄκοντος αὐ-
1 τοῦ. Ὅτε ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Γαΐου Σείου τόπος τις ἐδούλευεν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Ἀννίου οὕτως, ὥστε ὁ Σέϊος δὲν ἐδικαιοῦτο νὰ θέτῃ τι ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, ὁ δὲ Σέϊος ἔκαμεν ἐκεῖ φυτείαν, ἐν ᾗ ἔθηκε λεκάνας, ληνοὺς καὶ λεβήτια, εἰς τὸν Ἄννιον ἔδωκαν πάντες οἱ νομομαθεῖς συμβουλὴν νὰ ἐγείρῃ κατ' ἐκείνου ἀγωγήν, ὅτι δὲν δικαιοῦται νὰ ἔχῃ ταῦτα τεθειμένα ἐν τῷ τόπῳ ἐ-
2 κείνῳ ἄκοντος αὐτοῦ. Πλησίον τοῦ τοίχου τινὸς ἔκαμεν ὁ γείτων κοπρῶνα, ἐξ οὗ ὁ τοῖχος ὑγραίνετο· ἠρώτα τίνι τρόπῳ ἠδύνατο ν' ἀναγκάσῃ τὸν γείτονα, ν' ἀφαιρέσῃ τὸν κοπρῶνα· ἀπήντησα, ἐὰν μὲν [ἐκεῖνος] εἶχε κάμει αὐτὸν ἐν δημοσίῳ τόπῳ, διὰ παραγγέλματος ἠδύνατο ν' ἀναγκασθῇ, ἀλλ' ἐὰν ἐν ἰδιωτικῷ, δέον νὰ ἐγερθῇ ἡ [περὶ ἀρνήσεως] δουλείας ἀγωγή· ἐὰν δὲ εἶχε γείνει ἐπερώτησις περὶ ἐπαπειλούσης ζημίας, δύναται διὰ τῆς ἐπερωτήσεως ταύτης, ἐὰν ἐκ τοῦ πράγματος ἐκείνου ἐπῆλθε ζημία τις, ν' ἀνορθωθῇ.

18 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ἐκεῖνος, οὗτινος οἱ δοῦλοι ἐμπόδιζον τὸν γείτονα νὰ μεταφέρῃ ὕδωρ, δὲν παρεῖχεν ἑαυτὸν πρὸς ἔγερσιν ἀγωγῆς κατὰ τοῦ ἰδίου· ἠρώτησεν ὁ ἐνάγων, τί ἔπρεπε νὰ κάμῃ· ἀπήντησα ὅτι ἔδει ὁ πραίτωρ μετὰ διάγνωσιν τοῦ λόγου νὰ διατάξῃ νὰ ληφθῶσιν εἰς νομὴν τὰ πράγματα τοῦ ἀντιθέτου, καὶ νὰ μὴ ἀφεθῶσι ταῦτα, πρὶν ἢ ἐκεῖνος ἀποκαταστήσῃ εἰς τὸν ἐνάγοντα τὸ δικαίωμα τοῦ ὑδραγωγείου, καὶ οἱανδήποτε ἐκ τῆς ξηρασίας, καθόσον ἠμποδίσθη νὰ μεταφέρῃ τὸ ὕδωρ, βλάβην ὑπέστη, ἐὰν λ. χ. λειμῶνες ἢ δένδρα ἐξηράνθησαν.

19 *ΜΑΡΚΙΑΝΟΣ* Ἐὰν περὶ κοινῆς δουλείας καλῶς μέν τις ἐνήγαγεν ὅτι ὀφείλεται, ἀλλὰ κατά τινα τρόπον ἀπώλεσε τὴν δίκην ἐξ ἰδίου πταίσμα-

(1) tenes] lenes et (Hotm.)—(2) consulebat (Mo.—) (3) exaruissent, restituisset (Mo.)

intendit, sed aliquo modo litem perdidit culpa sua, non est aequum hoc ceteris damno esse : sed si per collusionem cessit lite adversario, ceteris dandam esse actionem de dolo Celsus scripsit, idque ait Sabino placuisse.

20 *SCAEVOLA* Testatrix fundo, quem legaverat, casas iunctas habuit : quaesitum est, si hae fundo legato non cederent eumque legatarius vindicasset, an iste fundus aliquam servitutem casis deberet aut, si ex fideicommissi causa eum sibi dari legatarius desideraret, heredes servitutem aliquam casis excipere deberent. respondit de-

*1* beri. Plures ex municipibus, qui diversa praedia possidebant, saltum communem, ut ius compascendi haberent, mercati sunt idque etiam a successoribus eorum est observatum : sed nonnulli ex his, qui hoc ius habebant, praedia sua illa propria venum dederunt. quaero, an in venditione etiam ius illud secutum sit praedia, cum ejus voluntatis venditores fuerint, ut et hoc alienarent. respondit id observandum, quod actum inter contrahentes esset : sed si voluntas contrahentium manifesta non sit, et hoc ius ad emptores transire. item quaero, an, cum pars illorum propriorum fundorum legato ad aliquem transmissa sit, aliquid juris secum huius compascui traxerit. respondit, cum id quoque ius fundi. qui legatus esset. videretur, id quoque cessurum legatario.

21 *LABEO* Si qua aqua nondum apparet, ejus iter ductus constitui

τος, δὲν εἶνε ἐπιεικὲς νὰ βλάπτῃ τοῦτο τοὺς λοιποὺς· ἀλλ' ἐὰν διὰ συμπαιγνίας ὑπεχώρησεν ἐν τῇ δίκῃ εἰς τὸν ἀντίθετον, ὁ Κέλσος ἔγραψεν ὅτι πρέπει νὰ δίδηται εἰς τοὺς λοιποὺς ἡ τοῦ δόλου ἀγωγή· τοῦτο δέ, λέγει, ἤρεσε καὶ εἰς τὸν Σαβῖνον.

20 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* Διαθέτης τις εἶχεν οἰκίσκους πλησίον ἀγροῦ, ὃν ἐκληροδότησεν· ἠρωτήθη, ἂν οἱ οἰκίσκοι μὴ ἀκολουθῶσι τὸν κληροδοτηθέντα ἀγρόν, ὁ δὲ κληροδόχος διεκδικήσῃ τοῦτον, ὀφείλει ἆρά γε ὁ ἀγρὸς δουλείαν τινὰ εἰς τοὺς οἰκίσκους, ἤ, ἂν ὁ κληροδόχος ἐπιθυμῇ νὰ λάβῃ ἐκεῖνον λόγῳ καταπιστεύματος, δύνανται οἱ κληρονόμοι νὰ ἐξαιρέσωσιν ὑπὲρ τῶν οἰκίσκων δουλείαν τινά. ἀπήντησεν ὅτι δύνανται. *1* Πολλοὶ πολῖται, νεμόμενοι διάφορα κτήματα, ἠγόρασαν κοινὸν δάσος, ἵνα ἔχωσι δικαίωμα βοσκῆς, τοῦτο δὲ καὶ ὑπὸ τῶν διαδόχων αὐτῶν ἐτηρήθη· ὅμως τινὲς ἐξ αὐτῶν, οἵτινες εἶχον τὸ δικαίωμα ἐκεῖνο, ἐπώλησαν τὰ ἴδια αὐτῶν κτήματα. ἐρωτᾶται, ἂν κατὰ τὴν πώλησιν ἠκολούθησε τὰ κτήματα καὶ τὸ δικαίωμα ἐκεῖνο, ἀφοῦ οἱ πωλήσαντες ἦσαν τοιαύτης θελήσεως, καὶ τοῦτο ν' ἀπαλλοτριώσωσιν. ἀπήντησεν ὅτι ἐκεῖνο δέον νὰ τηρῆται, ὅπερ ἐσκοπεῖτο μεταξὺ τῶν συμβαλλομένων· ἀλλ' ἐὰν ἡ θέλησις αὐτῶν μὴ εἶνε κατάδηλος, μεταβιβάζεται καὶ τὸ δικαίωμα ἐκεῖνο εἰς τοὺς ἀγοραστάς. ὡσαύτως ἐρωτᾶται, ἐὰν μέρος τῶν ἰδιαιτέρων ἐκείνων ἀγρῶν κληροδοτηθὲν μεταβιβασθῇ εἰς ἕτερον, σύρῃ ἆρά γε [οὗτος] μεθ' ἑαυτοῦ δικαίωμά τι συμβοσκῆς; ἀπήντησεν ὅτι, ἀφοῦ καὶ τοῦτο θεωρεῖται δικαίωμα τοῦ κληροδοτηθέντος ἀγροῦ, θέλει παραχωρηθῇ καὶ τοῦτο εἰς τὸν κληροδόχον.

21 *ΛΑΒΕΩΝ* Ἐὰν μὴ ἀνεφάνῃ εἰσέτι ὕδωρ, δὲν δύναται νὰ συσταθῇ [δουλεία]

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

non potest. *PAULUS* : immo puto idcirco id falsum esse, quia cedi potest, ut aquam quaereres et inventam ducere liceret.

VI [1].

## Quemadmodum servitutes amittuntur.

1 *GAIUS* Servitutes praediorum confunduntur, si idem utriusque praedii dominus esse coeperit.

2 *PAULUS* Qui iter et actum habet, si statuto tempore tantum ierit, non perisse actum, sed manere Sabinus Cassius Octavenus aiunt : nam ire quoque per se eum posse qui actum haberet.

(1) Βασ. (ΝΗ'.ΣΤ')

3 *GAIUS* Iura praediorum morte et capitis deminutione non perire vulgo traditum est.

4 *PAULUS* Iter sepulchro debitum non utendo numquam amittitur.

5 *IDEM* Servitus et per socium et fructuarium et bonae fidei possessorem nobis retinetur :

6 *CELSUS* nam satis est fundi

*1* nomine itum esse. Si ego via, quae nobis per vicini fundum debebatur, usus fuero, tu autem constituto tempore cessaveris, an ius tuum amiseris ? et e contrario, si vicinus, cui via per nostrum fundum debebatur, per meam partem ierit egerit, tuam partem ingressus non fuerit, an partem tuam li-

διόδου πρὸς αὐτὸ καὶ μεταγωγῆς. *ΠΑΥΛΟΣ*: ὅμως θεωρῶ τὸ τοιοῦτον ἐσφαλμένον διὰ τοῦτο, διότι δύναται νὰ παραχωρηθῇ εἰς σὲ τὸ δικαίωμα ν' ἀναζητήσῃς ὕδωρ, καὶ ἀνευρεθὲν νὰ τὸ μεταφέρῃς.

6.

## Τίνι τρόπῳ ἀποβάλλονται αἱ δουλεῖαι.

1 *ΓΑΪΟΣ* Αἱ δουλεῖαι κτημάτων συγχέονται, ἐὰν ὁ αὐτὸς ἤρξατο νὰ εἶνε κύριος ἑκατέρου κτήματος [ἤτοι τοῦ τε δουλεύοντος καὶ τοῦ κυρίου].

2 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὁ ἔχων δίοδον καὶ ἔλασιν, ἐὰν κατὰ τὸν [πρὸς ἀπώλειαν τῶν δουλειῶν] ὡρισμένον χρόνον *μόνον διήρχετο*, δὲν ἀπωλέσθη ἡ ἔλασις, ἀλλὰ διατηρεῖται, λέγουσιν ὁ Σαβῖνος, Κάσσιος, [καὶ] Ὀκταβῆνος· διότι καὶ νὰ διέρχηται μόνος δύναται ἐκεῖνος, ὅστις ἔλασιν ἔχει.

3 *ΓΑΪΟΣ* Ὅτι τὰ δικαιώματα κτημάτων δὲν ἀποβάλλονται διὰ τοῦ θανάτου ἢ προσωπικῆς ἐλαττώσεως, εἶνε κοινῶς γνωστόν.

4 *ΠΑΥΛΟΣ* Δίοδος εἰς τάφον ὀφειλομένη οὐδέποτε διὰ τῆς ἀχρησίας ἀποβάλλεται.

5 *Ο ΑΥΤΟΣ* Δουλεία καὶ διὰ κοινωνοῦ, καὶ καρπωτοῦ καὶ καλῆς πίστεως νομέως διατηρεῖται εἰς ἡμᾶς·

6 *ΚΕΛΣΟΣ* διότι ἀρκεῖ ὅτι ἐγένετο ἡ πορεία ἐν ὀνόματι τοῦ [κυρίου] ἀγροῦ. *1* Ἐὰν ἐγὼ μὲν ἔκαμα χρῆσιν τῆς ὁδοῦ, ἥτις ὠφείλετο εἰς ἡμᾶς διὰ τοῦ γειτονικοῦ ἀγροῦ, σὺ ὅμως κατὰ τὸν [πρὸς ἀπώλειαν] ὡρισμένον χρόνον ἔπαυσας, ἀπώλεσας ἆρά γε τὸ δικαίωμά σου; καὶ τἀνάπαλιν, ἐὰν γείτων, εἰς ὃν ὠφείλετο ὁδὸς διὰ τοῦ ἡμετέρου ἀγροῦ, διὰ τοῦ ἰδικοῦ μου μὲν μέρους διῆλθεν [ἢ] ἤλασεν, εἰς τὸ ἰδικόν σου

beraverit? Celsus respondit: si divisus est fundus inter socios regionibus, quod ad servitutem attinet, quae ei fundo debebatur, perinde est, atque si ab initio duobus fundis debita sit: et sibi quisque dominorum usurpat servitutem, sibi non utendo deperdit nec amplius in ea re causae eorum fundorum miscentur: nec fit ulla iniuria ei cujus fundus servit, immo si quo melior, quoniam alter dominorum utendo sibi, non toti

*1a* fundo proficit. Sed si is fundus qui servierit ita divisus est, plusculam dubitationis ea res habet· nam si certus ac finitus viae locus est, tunc, si per longitudinem ejus fundus divisus est, eadem omnia servanda erunt, quae si initio constituendae ejus servitutis similiter hic duo fundi fuissent: si vero per latitudinem viae fundus divisus est (nec multum refert, aequaliter id factum est an inaequaliter), tunc manet idem ius servitutis, quod fundo indiviso fuerat, nec aut usu detineri aut non utendo deperire nisi tota via poterit: nec si forte inciderit, ut semita, quae per alterum dumtaxat fundum erit, uteretur, idcirco alter fundus liberabitur, quoniam unum atque eo modo individuum viae ius est.

*1b* Possunt tamen alterutrum fundum liberare, si modo hoc specialiter convenit: certe si is cui servitus debebatur alterum ex ea divisione fundum redemerit, num

δὲ δὲν εἰσῆλθεν, ἀπήλλαξεν ἆρά γε τὸ μέρος σου; ὁ Κέλσος ἀπήντησεν: ἐὰν μὲν ὁ [κύριος] ἀγρὸς εἶνε διῃρημένος μεταξὺ τῶν κοινωνῶν εἰς τεμάχια, ὡς πρὸς μὲν τὴν ὀφειλομένην εἰς τὸν ἀγρὸν δουλείαν, γίνεται οὕτως, ὡσεὶ ἐξ ἀρχῆς εἰς δύω ἀγροὺς ὠφείλετο. ὑπὲρ ἑαυτοῦ λοιπὸν ἕκαστος τῶν κυρίων διατηρεῖ τὴν δουλείαν, ὡς πρὸς ἑαυτὸν δὲ διὰ τῆς ἀχρησίας ἀποβάλλει, οὐδ' ἀναμιγνύονται πλέον αἱ ὡς πρὸς ταῦτα σχέσεις τῶν ἀγρῶν· οὐδὲ προσγίνεται ἀδικία τις εἰς ἐκεῖνον, οὗτινος ὁ ἀγρὸς δουλεύει, μάλιστα ἴσως ὠφέλειά τις, καθόσον ὁ εἷς τῶν κυρίων ἀσκῶν [τὴν δουλείαν] δι' ἑαυτόν, δὲν ὠφελεῖ ὁλό-
*1a* κληρον τὸν [κύριον] ἀγρόν. Ἂν ὅμως ὁ *δουλεύων* ἀγρὸς διῃρέθη εἰς τεμάχια, τὸ πρᾶγμα ἐπιδέχεται μεγαλειτέραν πως ἀμφιβολίαν· διότι ἐὰν μὲν ὁ τόπος τῆς ὁδοῦ εἶνε βέβαιος καὶ ὡρισμένος, τότε, ἂν μὲν ὁ ἀγρὸς διῃρέθη κατὰ μῆκος ἐκείνης, θέλουσι τηρηθῆ ὁμοίως πάντα, ὅσα [θὰ ἐτηροῦντο] ἐὰν ἀπ' ἀρχῆς τῆς συστάσεως τῆς δουλείας ἦσαν δύω ἀγροί· ἂν ὅμως κατὰ πλάτος τῆς ὁδοῦ διῃρέθη ὁ ἀγρὸς (οὐδὲ διαφέρει πολύ, ἂν τοῦτο ἴσως ἢ ἀνίσως ἐγένετο), τότε μένει τὸ αὐτὸ δίκαιον τῆς δουλείας, ὅπερ ἀδιαιρέτου [ὄντος] τοῦ ἀγροῦ ὑπῆρχε, μόνον δὲ *ὁλόκληρος* ἡ ὁδὸς δύναται εἴτε διὰ τῆς χρήσεως νὰ διατηρηθῇ, εἴτε διὰ τῆς ἀχρησίας ν' ἀπολεσθῇ· μηδὲ ἐὰν τυχὸν συμβῇ ὥστε νὰ γείνῃ χρῆσις ὁδοῦ, ἥτις διὰ τοῦ ἑνὸς μόνου ἀγροῦ διέρχεται, ἀπαλλάσσεται ἕνεκα τούτου ὁ ἕτερος ἀγρός, καθόσον *ἓν* καὶ κατ' ἀκολουθίαν *ἀδιαίρετον* εἶνε τὸ τῆς ὁδοῦ δικαίωμα. *1β* Δύνανται ὅμως ν' ἀπαλλάξωσι τὸν ἕτερον τῶν ἀγρῶν, ἀρκεῖ νὰ συνεφωνήθη τοῦτο εἰδικῶς· βεβαίως ἐὰν ἐκεῖνος, εἰς ὃν ὠφείλετο ἡ δουλεία, ἐξηγόρασε τὸν ἕτερον ἐκ τῆς διαιρέσεως [προ-

ideo minus ea re fundi alterius servitus permanebit? nec video, quid absurde[1] consecuturum sit eam sententiam fundo altero manente servo: si modo et ab initio potuit angustior constitui via quam lege finita est et adhuc id loci superest in eo fundo, cui remissa servitus non est, ut sufficiat viae: quod si minus loci superest quam viae sufficiat, uterque fundus liberabitur, alter propter redemptionem, alter, quia per eum locum qui superest

(1) absurdi

*1c* via constitui non potest. Ceterum si ita constitutum est ius viae, ut per quamlibet partem fundi ire agere liceat, idque vel subinde mutare nihil prohibet atque ita divisus est fundus: si per quamlibet ejus partem aeque ire[2] atque agi possit, tunc perinde observabimus atque si ab initio duobus fundis duae servitutes iniunctae fuissent, ut altera retineri, altera non uten-

*1d* do possit deperire. Nec me fallit alieno facto ius alterius immutatu[3]iri, quoniam ante satius[4] fuerat per alteram partem ire agere, ut idem ius ei[5] in altera parte fundi retineretur: contra illud commodum accessisse ei cui via debebatur, quod per duas pariter vias ire agere possit bisque octonos[6] in porrectum et senos denos in anfractum.

(2) iri (Hal.) — (3) immutatum — (4) satis (5) et (Mo.) — (6) pedes προσθ. (Brenc.)

7 *PAULUS* Si sic constituta sit aqua, ut vel aestate ducatur tan-

κύψαντα] ἀγρόν, ἐκ τούτου διατηρεῖται ἆρά γε οὐχ ἧττον ἐπὶ τοῦ ἑτέρου ἀγροῦ ἡ δουλεία; δὲν βλέπω, κατὰ τί θέλει εἶσθαι ἄτοπος ἡ γνώμη, καθ' ἣν μένει ὁ ἕτερος ἀγρὸς δοῦλος, ἀρκεῖ μόνον ὅτι καὶ ἀπ' ἀρχῆς ἠδύνατο ἡ ὁδὸς νὰ ὁρισθῇ στενωτέρα παρ' ὅ,τι διὰ τῆς συμβάσεως ὡρίσθη, καὶ ὑπολείπεται εἰσέτι ἐκ τοῦ ἀγροῦ, εἰς ὃν δὲν ἀφέθη ἡ δουλεία, τοσοῦτος τόπος, ὥστε ν' ἀρκῇ διὰ τὴν ὁδόν. διότι ἂν ὑπολείπηται ὀλιγώτερος τόπος, παρ' ὅ,τι ἀρκεῖ διὰ τὴν ὁδόν, ἑκάτερος ἀγρὸς θέλει ἀπαλλαγῇ, ὁ μὲν εἷς διὰ τὴν ἐξαγόρασιν, ὁ δ' ἕτερος διότι διὰ τοῦ τόπου, ὅστις ὑπολείπεται, ὁδὸς δὲν δύναται νὰ συ-*1g* σταθῇ. Ἄλλως ἐὰν τὸ δικαίωμα τῆς ὁδοῦ ἔχῃ οὕτω συσταθῇ, ὥστε δι' οἱουδήποτε μέρους τοῦ ἀγροῦ νὰ ἐπιτρέπηται ἡ δίοδος [ἢ] ἔλασις, μηδὲν δ' ἐμποδίζῃ μεταγενεστέραν τούτου μεταβολήν, διῃρέθη δ' ὁ ἀγρὸς εἰς τεμάχια, ἐὰν δι' οἱουδήποτε μέρους ὁμοίως εἶνε δυνατὴ ἡ δίοδος ἢ ἔλασις, τότε θέλομεν οὕτω θεωρήσει [τὸ πρᾶγμα], ὡσεὶ ἀπ' ἀρχῆς εἰς δύω ἀγροὺς δύω δουλεῖαι εἶχον ἐπιβληθῇ, ὥστε ἡ μὲν μία νὰ δύνηται νὰ διατηρηθῇ, ἡ δ' ἑτέρα διὰ τῆς ἀχρησίας ν' ἀπο-*1d* λεσθῇ. Δὲν μὲ λανθάνει μὲν ὅτι διὰ πράξεως ἑνὸς μέλλει [ἐνταῦθα] νὰ μεταβληθῇ δίκαιον ἑτέρου, καθόσον πρότερον ἦρκει νὰ ἐγίνετο ἡ δίοδος [ἢ] ἔλασις διὰ τοῦ ἑνὸς μέρους, ἵνα καὶ ἐπὶ τοῦ ἄλλου μέρους τοῦ ἀγροῦ διατηρῆται τὸ αὐτὸ δίκαιον· ὅμως ὑπάρχει αὕτη ἡ ὠφέλεια ὑπὲρ ἐκείνου, εἰς ὃν ὠφείλετο ἡ ὁδός, ὅτι δύναται διὰ δύω συγχρόνως ὁδῶν νὰ διέρχηται [ἢ] ἐλαύνῃ, [ἐχούσης] ἑκάστης ὀκτὼ πόδας ἐν τῇ εὐθείᾳ γραμμῇ, καὶ δεκαὲξ ἐν τῇ καμπῇ.

7 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν ὡρίσθη [δουλεία] ὕδατος οὕτως, ὥστε τὸ θέρος μόνον νὰ

tum vel uno mense, quaeritur quemadmodum non utendo amittatur, quia non est continuum tempus, quo cum uti non[1] potest, non sit usus. itaque et si alternis annis vel mensibus quis aquam habeat, duplicato constituto tempore amittitur. idem et de itinere custoditur si vero alternis diebus aut die toto aut tantum nocte, statuto legibus tempore amittitur, quia una servitus est: nam et si alternis horis vel una hora cottidie servitutem habeat, Servius scribit perdere eum non utendo servitutem, quia id quod habet cottidianum sit.

(1) διαγρ. (Mo.)

μεταφέρηται, εἴτε ἕνα μῆνα, ὑπάρχει ζήτημα τίνι τρόπῳ δι' ἀχρησίας ἀποβάλλεται, ἀφοῦ δὲν εἶνε συνεχὴς ὁ χρόνος, καθ' ὃν ἐνῷ ἠδύνατο ν' ἀσκηθῇ [ἡ δουλεία], δὲν ἠσκήθη. ὅθεν καὶ ἂν ἔχῃ τις [δουλείαν] ὕδατος κατ' ἐπάλληλα ἔτη ἢ μῆνας, ἀποβάλλεται [ἡ δουλεία] διπλασιαζομένου τοῦ ὡρισμένου [κοινῶς] χρόνου. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς διόδου τηρεῖται. ἂν ὅμως [ἔχῃ τις τὴν δουλείαν] ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ἢ [μόνον] κατὰ τὴν ἡμέραν ὁλόκληρον, ἢ τὴν νύκτα μόνον, διὰ [τῆς παρελεύσεως] τοῦ ὡρισμένου ὑπὸ τῶν νόμων χρόνου ἀποβάλλεται, καθόσον εἶνε *μία* δουλεία· διότι καὶ ἂν τις ἔχῃ δουλείαν ὥραν παρ' ὥραν, ἢ μίαν ὥραν καθημερινῶς, ὁ Σέρβιος γράφει ὅτι ἀποβάλλει οὗτος διὰ τῆς ἀχρησίας τὴν δουλείαν, καθόσον τὸ δικαίωμα, ὅπερ ἔχει, εἶνε καθημερινόν.

8 *IDEM* Si stillicidii immittendi ius habeam in aream tuam et permisero ius tibi in ea area aedificandi, stillicidii immittendi ius amitto. et simlliter si per tuum fundum via mihi debeatur et permisero til i in eo loco, per quem via mihi debetur, aliquid facere,

8 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν ἔχω τὸ δικαίωμα νὰ ἐκπέμπω σταλαγμὸν εἰς τὴν αὐλήν σου, καὶ σοὶ δώσω τὸ δικαίωμα νὰ οἰκοδομήσῃς ἐπὶ τῆς αὐλῆς ταύτης, ἀποβάλλω τὸ δικαίωμα τοῦ νὰ ἐκπέμπω τὸν σταλαγμόν. καὶ ὁμοίως ἐὰν διὰ τοῦ ἀγροῦ σου ὀφείληται εἰς ἐμὲ ὁδός, καὶ σοὶ ἐπιτρέψω ἐπὶ τοῦ τόπου ἐκείνου, δι' οὗ ὀφείλεται εἰς ἐμὲ δουλεία, νὰ ποιήσῃς τι, ἀποβάλλω τὸ δικαίωμα τῆς
1 ὁδοῦ. Ἐκεῖνος ὅστις διὰ μέρους τῆς διόδου πορεύηται, θεωρεῖται διατηρῶν ὁλόκληρον τὸ δικαίωμα.

1 amitto ius viae. Is qui per partem itineris it totum ius usurpare videtur.

9 *JAVOLENUS* Aqua si in partem aquagi influxit, etiamsi non ad ultima loca pervenit, omnibus tamen partibus usurpatur.

9 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Ἐὰν τὸ ὕδωρ εἰς μέρος τοῦ ὑδραύλακος ἔρρευσε, καὶ ἂν μὴ ἔφθασεν εἰς τὸν ἔσχατον τόπον, ὅμως διατηρεῖται [ἡ δουλεία] ὡς πρὸς ὅλα τὰ μέρη [τοῦ ὑδραύλακος].

10 *PAULUS* Si communem fundum ego et pupillus haberemus, licet uterque non uteretur, tamen propter pupillum et ego viam re-
1 tineo. Si is, qui nocturnam a-

10 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν ἐγὼ καὶ ἄνηβος ἔχωμεν κοινὸν ἀγρόν, καὶ ἂν μηδέτερος ἀσκῇ [τὴν δουλείαν], ὅμως ἕνεκα τοῦ ἀνήβου διατηρῶ καὶ ἐγὼ [τὴν
1 δουλείαν] τῆς ὁδοῦ. Ἐὰν ἐκεῖνος,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

quam habet, interdiu per constitutum ad amissionem tempus usus fuerit, amisit nocturnam servitutem, qua usus non est. idem est in eo, qui certis horis aquae ductum habens aliis usus fuerit nec ulla parte earum horarum.

11 *MARCELLUS* Is cui via vel actus debebatur, ut vehiculi certo genere uteretur, alio genere fuerat usus: videamus ne amiserit servitutem et alia sit ejus condicio, qui amplius oneris quam licuit vexerit, magisque hic plus quam aliud egisse videatur: sicuti[1] latiore itinere usus esset aut si plura iumenta egerit quam licuit aut aquae admiscuerit aliam. ideoque in omnibus istis quaestionibus servitus quidem non amittitur, non autem conceditur plus quam pac-

/ tum est in servitute habere. Heres, cum legatus esset fundus sub condicione, imposuit ei servitutes: extinguentur, si legati condicio existat. videamus, an adquisitae sequantur legatarium: et magis dicendum est, ut sequantur.

12 *CELSUS* Qui fundum alienum bona fide emit, itinere quod ei fundo debetur usus est: retinetur id ius itineris: atque etiam, si precario aut vi deiecto domino possidet: fundus enim qualiter[2] se habens ita, cum in suo habitu possessus est, ius non deperit[3], neque

(1) si προσθ. (Mo.)
(2) qualiter qualiter (Hal.)
(3) deperdit (Heins.)

ὅστις ἔχει νυκτερινὴν [δουλείαν] ὕδατος, *ἐν ἡμέρᾳ* ἤσκησε [τὴν δουλείαν] κατὰ τὸν πρὸς ἀπώλειαν ὡρισμένον χρόνον, *ἀπώλεσε* τὴν νυκτερινὴν δουλείαν, καθόσον δὲν ἤσκησεν αὐτήν. τὸ αὐτὸ εἶνε καὶ ἐπὶ ἐκείνου, ὅστις καθ' ὡρισμένας ὥρας ἔχων ὑδραγωγεῖον, μετεχειρίσθη [αὐτὸ] *κατ' ἄλλας*, οὐδόλως δὲ *κατ' ἐκείνας* τὰς ὥρας.

11 *ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ* Ἐκεῖνος, εἰς ὃν ὠφείλετο ὁδὸς ἢ ἔλασις, καθ' ἣν ὄχημα ὡρισμένου εἴδους νὰ μεταχειρίζηται, μετεχειρίσθη ἑτέρου εἴδους· ἂς ἴδωμεν ἂν ἀπώλεσε τὴν δουλείαν, καὶ ἄλλη εἶνε ἡ θέσις ἐκείνου, ὅστις ἔσυρε βάρος μεγαλείτερον τοῦ ἐπιτετραμμένου, μᾶλλον δὲ οὗτος *περισσότερον* παρὰ *ἕτερόν* τι θεωρεῖται ὅτι ἔπραξεν· ὡς ἐὰν ἔκαμε χρῆσιν διόδου πλατυτέρας, ἢ ἤγαγεν ὑποζύγια περισσότερα τῶν ἐπιτετραμμένων, ἢ εἰς ὕδωρ ἀνέμιξεν ἕτερον. ὅθεν καθ' ὅλας ταύτας τὰς περιπτώσεις ἡ μὲν δουλεία δὲν ἀποβάλλεται, ὅμως δὲν ἐπιτρέπεται νὰ ἔχῃ τις ἐν τῇ δουλείᾳ περισσότερον τοῦ συμφωνηθέντος. / Κληροδοτηθέντος ἀγροῦ τινος ὑπὸ αἵρεσιν, ὁ κληρονόμος ἐπεβαλεν ἐπ' αὐτοῦ δουλείας· [αὗται] θέλουσιν ἐξαλειφθῇ, ἐὰν ἡ αἵρεσις τῆς κληροδοσίας πληρωθῇ. ἂς ἴδωμεν δέ, ἂν αἱ ἀποκτηθεῖσαι ἀκολουθῶσι τὸν κληροδόχον· μᾶλλον λοιπὸν πρέπει νὰ εἴπωμεν, ὅτι ἀκολουθοῦσι.

12 *ΚΕΛΣΟΣ* Ὁ καλῇ τῇ πίστει ἀγοράσας ἀλλότριον ἀγρόν, ἔκαμε χρῆσιν διόδου, ἥτις ὠφείλετο εἰς τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον· διατηρεῖται τὸ δικαίωμα τοῦτο τῆς δουλείας· μάλιστα δὲ καὶ ἂν παρακλήσει εἴτε βίᾳ ἀποβληθέντος τοῦ κυρίου νέμηται· διότι ὁ ἀγρὸς ὁπωσδήποτε εὑρισκόμενος, ἐὰν οὕτως ἐν τῇ ἑαυτοῦ καταστάσει ληφθῇ εἰς νομήν, δὲν ἀποβάλλει τὸ δικαίωμα, οὐδὲ διαφέρει ἂν δικαίως ἢ μὴ νέμηται, ὅστις

refert, juste nec ne possideat, qui talem eum possidet. quare fortius et si aqua per rivum sua sponte perfluxit, ius aquae ducendae retinetur. quod et Sabino recte placet, ut apud Neratium libro quarto membranarum scriptum est.

13 *MARCELLUS* Si quis ex fundo, cui viam vicinus deberet, vendidisset locum proximum servienti fundo non imposita servitute et intra legitimum tempus, quo servitutes pereunt, rursus eum locum adquisisset, habiturus est servitutem, quam vicinus debuisset.

14 *JAVOLENUS* Si locus, per quem via aut iter aut actus debebatur, impetu fluminis occupatus esset et intra tempus, quod ad amittendam servitutem sufficit, alluvione facta restitutus est, servitus quoque in pristinum statum restituitur : quod si id tempus praeterierit, ut servitus amittatur,

*1* renovare eam cogendus est. Cum via publica vel fluminis impetu vel ruina amissa est, vicinus proximus viam praestare debet.

15 *IDEM* Si, cum servitus mihi per plures fundos deberetur, medium fundum adquisivi, manere serv tutem puto, quia totiens servitus confunditur, quotiens uti ea is ad quem pertineat, non potest : medio autem fundo adquisito potest consistere, ut per primum et ultimum iter debeatur.

16 *PROCULUS* Aquam,quae oriebatur in fundo vicini, plures per eundem rivum jure ducere soliti sunt, ita ut suo quisque die a ca-

τοιοῦτον νέμεται αὐτόν· διὰ τοῦτο ἔτι μᾶλλον καὶ ἂν τὸ ὕδωρ αὐτομάτως ἔρρευσε διὰ τοῦ ρεύματος, διατηρεῖται τὸ τοῦ ὑδραγωγείου δικαίωμα· τοῦτο δὲ καὶ εἰς τὸν Σαβῖνον ὀρθῶς ἀρέσκει, καὶ παρὰ Νερατίῳ ἐν βιβλ. δ' τῶν ὑπομνημάτων γεγραμμένον εἶνε.

13 *ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ* Ἐάν τις ἐξ ἀγροῦ, εἰς ὃν ὁ γείτων ὤφειλε [δουλείαν] ὁδοῦ, ἐπώλησε τόπον ἐγγύτατον τοῦ δουλεύοντος ἀγροῦ, χωρὶς νὰ ἐπιβάλῃ [ἐπὶ τοῦ πωλουμένου] δουλείαν, ἐντὸς δὲ τοῦ πρὸς ἀπώλειαν τῶν δουλειῶν νομίμου χρόνου ἀπέκτησε πάλιν τὸν τόπον ἐκεῖνον, θέλει ἔχει τὴν δουλείαν, ἣν ὁ γείτων ὤφειλεν.

14 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Ἐὰν ὁ τύπος, δι' οὗ ὠφείλετο ὁδὸς πλατεῖα, ἡ δίοδος, ἡ ἔλασις, κατελήφθη ὑπὸ τῆς φορᾶς ποταμοῦ, ἐντὸς δὲ τοῦ πρὸς ἀπώλειαν τῆς δουλείας ἀρκοῦντος χρόνου, γενομένης προσχώσεως ἀπεκατεστάθη, καὶ ἡ δουλεία ἀποκαθίσταται εἰς τὴν προτέραν κατάστασιν· ἂν ὅμως παρῆλθεν ὁ χρόνος οὗτος, ὥστε ἡ δουλεία ἀπωλέσθη, δέον ν' ἀναγκάζηται [ὁ ὑπόχρεως] εἰς *1* ἀνανέωσιν αὐτῆς. Ἐὰν ὁδὸς δημοσία εἴτε ἐκ τῆς φορᾶς ποταμοῦ, εἴτε ἐκ καταπτώσεως [οἰκοδομῆς] κατεστράφη, ὁ ἐγγύτατος γείτων ὀφείλει νὰ παράσχῃ ὁδόν.

15 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐάν, ὀφειλομένης μοι δουλείας διὰ πολλῶν ἀγρῶν, ἀπέκτησα τὸν μέσον ἀγρόν, μένει φρονῶ ἡ δουλεία, διότι τότε ἡ δουλεία συγχέεται, ὅταν δὲν δύναται ν' ἀσκήσῃ αὐτὴν ἐκεῖνος εἰς ὃν ἀνήκει· ὅταν ὅμως ἀπεκτήθη ὁ μέσος ἀγρός, δύναται νὰ ὑπάρξῃ, [οὕτως] ὥστε διὰ τοῦ πρώτου καὶ τελευταίου νὰ ὀφείληται ἡ δουλεία.

16 *ΠΡΟΚΟΥΛΟΣ* Ὕδωρ, ὅπερ ἀνέβρυεν ἐν τῷ ἀγρῷ γείτονος, συνειθίζον δικαιωματικῶς πολλοὶ νὰ μεταφέρωσι διὰ τοῦ αὐτοῦ ῥύακος, οὕτως ὥστε ἕ-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

pite duceret, primo per eundem rivum eumque communem, deinde ut quisque inferior erat, suo quisque proprio rivo, et unus statuto tempore, quo servitus amittitur, non duxit. existimo eum ius ducendae aquae amisisse nec per ceteros qui duxerunt ejus ius usurpatum esse: proprium enim cujusque eorum ius fuit neque per alium usurpari potuit. quod si plurium fundo iter aquae debitum esset, per unum eorum omnibus his, inter quos is fundns communis fuisset, usurpari potuisset. item si quis eorum, quibus aquae ductus servitus debebatur et per eundem rivum aquam ducebant, ius aquae ducendae non ducendo eam amisit, nihil juris eo nomine ceteris, qui rivo utebantur, adcrevit idque commodum ejus est, per cuius fundum id iter aquae[1], quod non utendo pro parte unius amissum est: libertate enim huius partis servitutis fruitur.

καστος ἐν ἰδιαιτέρᾳ ἡμέρᾳ μετέφερεν ἐκ τῆς πηγῆς, κατὰ πρῶτον μὲν διὰ τοῦ αὐτοῦ κοινοῦ ρύακος, εἶτα δ' ἕκαστος διὰ τοῦ ἰδικοῦ του ρύακος, κατὰ τὴν διαδοχικὴν ἕκαστος τάξιν, — εἰς δὲ κατὰ τὸν πρὸς ἀπώλειαν τῆς δουλείας ὡρισμένον χρόνον, δὲν μετήγαγε. φρονῶ ὅτι οὗτος ἀπώλεσε τὸ δικαίωμα τοῦ ὑδραγωγείου, οὐδὲ διατηρεῖται τὸ δικαίωμα αὐτοῦ διὰ τῶν λοιπῶν, οἵτινες μετήγαγον. διότι τὸ δικαίωμα ἦτο ἴδιον ἑκάστου αὐτῶν, οὐδὲ ἠδύνατο νὰ διατηρηθῇ δι' ἄλλου. ἂν ὅμως εἰς ἀγρὸν [ἀνήκοντα] εἰς πολλοὺς ὠφείλετο ὑδραγωγεῖον, θὰ ἠδύνατο δι' ἑνὸς ἐξ αὐτῶν νὰ διατηρηθῇ ὡς πρὸς ὅλους ἐκείνους, μεταξὺ τῶν ὁποίων ὁ ἀγρὸς ἦτο κοινός. ὡσαύτως ἐάν τις ἐξ ἐκείνων, εἰς οὓς ὠφείλετο δουλεία ὑδραγωγείου, καὶ [οἵτινες] διὰ τοῦ αὐτοῦ ρύακος μετέφερον τὸ ὕδωρ, ἀπώλεσε διὰ τῆς ἀχρησίας τὸ δικαίωμα τοῦ ὑδραγωγείου, οὐδόλως ἕνεκα τούτου αὐξάνει τὸ δικαίωμα τῶν λοιπῶν, οἵτινες μετεχειρίζοντο τὸν ρύακα, ἀλλ' εἶνε ὠφέλεια δι' ἐκεῖνον, διὰ τοῦ ἀγροῦ τοῦ ὁποίου ὑπάρχει τὸ ὑδραγωγεῖον, ὅπερ διὰ τῆς ἀχρησίας ἀπωλέσθη ὡς πρὸς τὸν ἕνα. διότι καρποῦται τὴν ἐλευθερίαν τοῦ μέρους τούτου τῆς δουλείας.

17 *POMPONIUS* Labeo ait, si is, qui haustum habet, per tempus, quo servitus amittitur, ierit ad fontem nec aquam hauserit, iter quoque eum amisisse.

17 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ὁ Λαβέων λέγει ὅτι, ἐὰν ὁ ἔχων ἄντλησιν, κατὰ τὸν πρὸς ἀπώλειαν τῆς δουλείας χρόνον μετέβη μὲν εἰς τὴν πηγήν, ἀλλὰ δὲν ἤντλησεν ὕδωρ, οὗτος ἀπώλεσε καὶ τὴν δίοδον.

18 *PAULUS* Si quis alia aqua usus fuerit, quam de qua in servitute imponenda actum est, servitus amittitur. Tempus, quo non est usus praecedens fundi dominus, cui servitus debetur, imputatur ei,

18 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐάν τις μετεχειρίσθη ἄλλο ὕδωρ, παρὰ τὸ κατὰ τὴν ἐπιβολὴν τῆς δουλείας συμφωνηθέν, ἡ δουλεία ἀποβάλλεται. Ὁ χρόνος, καθ' ὃν δὲν ἔκαμε χρῆσιν [τῆς δουλείας] ὁ προηγούμενος κύριος ἀγροῦ, εἰς ὃν ὀφείλεται δουλεία, ὑπολογίζεται ὡς πρὸς ἐκεῖνον, ὅστις διεδέχθη τὴν θέσιν αὐ-

(1) est προσθ.

2 qui in ejus loco successit. Si, cum ius habers immittendi, vicinus statuto tempore aedificatum non habuerit ideoque nec tu immittere poteris, non ideo magis servitutem amittes, quia non potest videri usucepisse vicinus tuus libertatem aedium suarum, qui iustuum non interpellavit.

19 *POMPONIUS* Si partem fundi vendendo lege caverim, uti per eam partem in reliquum fundum meum aquam ducerem, et statutum tempus intercesserit, antequam rivum facerem, nihil juris amitto, quia nullum iter aquae fuerit, sed manet mihi ius integrum: quod si fecissem iter neque

1 usus essem, amittam. Si per fundum meum viam tibi legavero et adita mea hereditate per constitutum tempus ad amittendam servitutem ignoraveris eam tibi legatam esse, amittes viam non utendo. quod si intra idem tempus, antequam rescires tibi legatam servitutem, tuum fundum vendideris, ad emptorem via pertinebit, si reliquo tempore ea usus fuerit, quia scilicet tua esse coeperat: ut iam nec ius repudiandi legatum tibi possit contingere, cum ad te fundus non pertineat.

20 *SCAEVOLA* Usu retinetur servitus, cum ipse cui debetur utitur quive in possessionem ejus est aut mercennarius aut hospes aut medicus quive ad visitandum domi-

2 τοῦ. Ἐάν, ἐνῷ ἔχεις τὸ δικαίωμα ἐμβολῆς [δοκοῦ], ὁ γείτων κατὰ τὸν [πρὸς ἀπώλειαν τῆς δουλείας] ὡρισμένον χρόνον δὲν ᾠκοδόμησε, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ σὺ ἠδυνήθης νὰ ἐμβάλῃς, δὲν θέλεις ἕνεκα τούτου ἀπολέσει ποσῶς τὴν δουλείαν, διότι δὲν δύναται ὁ γείτων σου νὰ θεωρηθῇ ὅτι ἐχρησικτήσατο τὴν ἐλευθερίαν τῆς οἰκίας του, ἀφοῦ δὲν *διέκοψε* τὸ δικαίωμά σου.

19 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν πωλῶν μέρος ἀγροῦ διὰ συμφωνίας προενόησα, ὥστε διὰ τοῦ μέρους τούτου νὰ μεταφέρω ὕδωρ εἰς τὸν λοιπὸν ἀγρόν μου, παρῆλθε δὲ ὁ [πρὸς ἀπώλειαν τῆς δουλείας] ὡρισμένος χρόνος, χωρὶς νὰ κάμω ρύακα,—οὐδόλως ἀποβάλλω τὸ δικαίωμα, καθόσον οὐδὲν ὑδραγωγεῖον ὑπῆρξεν, ἀλλὰ διατηρεῖται ὑπὲρ ἐμοῦ ἀκέραιον τὸ δικαίωμα· ἂν ὅμως εἶχον κάμει ρύακα, καὶ δὲν τὸν μετεχειρίσθην, ἤθε-

1 λον ἀποβάλει [τὴν δουλείαν]. Ἐὰν δι' ἀγροῦ μου ὁδὸν ἐκληροδότησά σοι, καὶ γενομένης ὑπεισελεύσεως εἰς τὴν κληρονομίαν μου, ἠγνόεις κατὰ τὸν πρὸς ἀπώλειαν τῆς δουλείας ὡρισμένον χρόνον ὅτι ἡ δουλεία σοι ἐκληροδοτήθη, θέλεις ἀποβάλει τὴν ὁδὸν δι' ἀχρησίας· ἂν ὅμως ἐντὸς τοῦ αὐτοῦ χρόνου, πρὶν ἢ μάθῃς ὅτι σοι ἐκληροδοτήθη ἡ δουλεία, ἐπώλησας τὸν ἀγρόν σου, ἡ ὁδὸς θέλει ἀνήκει εἰς τὸν ἀγοραστήν, ἐὰν κατὰ τὸν ὑπολειπόμενον χρόνον ἔκαμε χρῆσιν, διότι βέβαιως ἤρξατο [ἡ δουλεία] νὰ εἶνε ἰδική σου· ὥστε ἤδη οὐδὲ τὸ τῆς ἀπωθήσεως τῆς κληροδοσίας δικαίωμα δύναται νὰ σοὶ ἀνήκῃ, καθόσον ὁ ἀγρὸς δὲν ἀνήκει εἰς σέ.

20 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* Διὰ τῆς χρήσεως διατηρεῖται ἡ δουλεία, ἐὰν αὐτὸς εἰς ὃν ὀφείλεται χρῆται, ἢ ὅστις νέμεται αὐτήν, εἴτε μισθωτός, εἴτε ξενιζόμενος, εἴτε ἰατρός, ἢ εἴτε ὅστις ἦλθε πρὸς ἐ-

num venit vel colonus aut fructuarius :

21 *PAULUS* fructuarius licet suo nomine.

22 *SCAEVOLA* Denique quicumque quasi debita via usus fuerit,

23 *PAULUS* (sive ad fundum nostrum facit, vel ex fundo)

24 *SCAEVOLA* licet malae fidei possessor sit, retinebitur servitus.

25 *PAULUS* Servitute usus non videtur nisi is, qui suo jure uti se credidit : ideoque si quis pro via publica vel pro alterius servitute usus sit, nec interdictum nec actio utiliter competit.

πίσκεψιν τοῦ κυρίου, εἴτε ἀγρολήπτης, εἴτε καρπωτής·

21 *ΠΑΥΛΟΣ* καίτοι ὁ καρπωτὴς ἐν ἰδίῳ ὀνόματι [νέμεται].

22 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* Τέλος ὁστιςδήποτε ἔκαμε χρῆσιν τῆς ὁδοῦ ὡς ὀφειλομένης,

23 *ΠΑΥΛΟΣ* (εἴτε ἔρχεται εἰς τὸν ἡμέτερον ἀγρόν, εἴτε ἐξέρχεται)

24 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* καὶ ἂν εἶνε κακῆς πίστεως νομεύς, διατηρεῖται ἡ δουλεία.

25 *ΠΑΥΛΟΣ* Χρώμενος δουλείαν δὲν θεωρεῖται παρὰ μόνον ἐκεῖνος, ὅστις ἐπίστευεν ὅτι ἀσκεῖ ἴδιον δίκαιον· καὶ διὰ τοῦτο ἐάν τις ἤσκησε [δουλείαν ὁδοῦ θεωρῶν αὐτὴν] ἀντὶ ὁδοῦ δημοσίας ἢ ἀντὶ δουλείας ἑτέρου, δὲν ἀρμόζει [ὑπὲρ τοῦ τοιούτου] οὔτε παράγγελμα οὔτε ὠφέλιμος ἀγωγή.

## LIBER NONUS

### I. [1]

### Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

1 *ULPIANUS* Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur, actio ex lege duodecim tabularum descendit: quae lex voluit aut dari id quod nocuit, id est id animal quod noxiam commisit, aut aestimationem *1* noxiae offerre. Noxia autem est *2* ipsum delictum. Quae actio ad *3* omnes quadrupedes pertinet. Ait

(1) Εἰσ. (4.9) —Βασ. (Ξ'.Β'.)

## ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ

### 1.

### Ἐὰν τετράποδον λέγηται ὅτι ζημίαν ἐποίησεν.

1 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν τετράποδον λέγηται ὅτι ζημίαν ἐποίησε, παράγεται ἀγωγὴ ἐκ τοῦ δωδεκαδέλτου νόμου· οὗτος δ' ὁ νόμος ἠθέλησεν ἢ νὰ δίδηται τὸ βλάψαν, τουτέστι τὸ ζῶον, ὅπερ διέπραξε τὴν βλάβην, ἢ νὰ παρέχηται *1* ἡ διατίμησις τῆς βλάβης. Βλάβη *2* δὲ εἶνε αὐτὸ τὸ πλημμέλημα. Αὕτη δ' ἡ ἀγωγὴ ἀποβλέπει εἰς ὅλα τὰ τε- *3* τράποδα. Ὁ πραίτωρ λέγει «ὅτι ζημίαν ἐποίησε». Ζημία (pauperies)

raetor «pauperiem fecisse». pau-
eries est damnum sine iniuria fa-
ientis datum : nec enim potest
nimal iniuria fecisse, quod sensu
caret. Itaque,ut Servius scribit,
unc haec actio locum habet, cum
ommota feritate nocuit quadru-
es, puta si equus calcitrosus calce
ercusserit, aut bos cornu petere
olitus petierit, aut mulae propter
imiam ferociam[1]: quod si propter
oci iniquitatem aut propter cul-
am mulionis, aut si plus justo one-
ata quadrupes in aliquem onus
verterit, haec actio cessabit dam-

nique iniuriae agetur. Sed et si
anis, cum duceretur ab aliquo,
speritate sua evaserit et alicui
amnum dederit : si contineri fir-
nius ab alio poterit[2]vel si per eum
ocum induci non debuit, haec ac-
io cessabit et tenebitur qui canem

tenebat. Sed et si instigatu al-
erius fera damnum dederit, ces-
sabit haec actio. Et generaliter
aec actio locum habet, quotiens
ontra naturam fera mota paupe-
iem dedit : ideoque si equus do-
ore concitatus calce petierit, ces-
are istam actionem, sed eum, qui
quum percusserit aut vulnerave-
it, in factum magis quam lege
quilia teneri, utique ideo, quia
on ipse suo corpore damnum de-
it. at si, cum equum permulsis-
et quis vel palpatus esset, calce
um percusserit, erit actioni lo-

cus. Et si alia quadrupes aliam
oncitavit ut damnum daret, ejus

(1) everterint προσθ. (σ.μ.)— (2) potuit

δὲ εἶνε βλάβη ἄνευ ὕβρεως τοῦ ποιοῦντος γενομένη· διότι δὲν δύναται ζῶον, ὅπερ στερεῖται λογικοῦ, νὰ ποιήσῃ [ζημίαν]

4 μεθ' ὕβρεως. Ὅθεν, καθὰ ὁ Σέρβιος γράφει, τότε ἡ προκειμένη ἀγωγὴ λαμβάνει χώραν, ὅταν κινηθὲν ἐξ *ἀγριότητος* ἔβλαψε τὸ τετράποδον, λ. χ. ἐὰν ἵππος λακτιστικὸς ἐλάκτισεν, ἢ βοῦς εἰθισμένος νὰ κερατίζῃ ἐκεράτισεν, ἢ ἡμίονος ἐξ ὑπερβολικῆς ἀγριότητος ἀνέτρεψε φορτίον. ἂν ὅμως ἕνεκεν ἀνωμαλίας τοῦ τόπου, εἴτε ἐκ πταίσματος τοῦ ἡμιονηλάτου, εἴτε ἐὰν περισσότερον τοῦ δέοντος φορτωθὲν τὸ τετράποδον ἀνέτρεψε τὸ φορτίον ἐπί τινος, ἡ προκειμένη ἀγωγὴ ἀργεῖ, ἐγείρεται δὲ ἡ περὶ
5 ἀδίκου ζημίας. Ἀλλὰ καὶ ἂν κύων ἐνῷ ὡδηγεῖτο ὑπό τινος, ἐξ ἰδίας τραχύτητος ἐξέφυγε, καὶ ἐπροξένησεν εἴς τινα ζημίαν, ἐὰν μὲν ἠδύνατο νὰ κρατῆται ὑπ' ἐκείνου ἀσφαλέστερον, ἢ ἐὰν διὰ τοῦ τόπου ἐκείνου δὲν ἔπρεπε νὰ ὁδηγῆται, ἡ προκειμένη ἀγωγὴ ἀργεῖ, θέλει δ' ἐνέχεσθαι ὁ κρατῶν τὸν κύνα.
6 Ἀλλὰ καὶ ἂν ἐρεθισθὲν ὑπ' ἄλλου θηρίον τι ἐπροξένησε ζημίαν, ἀργεῖ ἡ προ-
7 κειμένη ἀγωγή. Καὶ γενικῶς ἡ ἀγωγὴ αὕτη λαμβάνει χώραν, ὁσάκις θηρίον *παρὰ τὴν φύσιν* κινηθὲν ἐποίησε ζημίαν. καὶ διὰ τοῦτο ἐὰν ἵππος ὑπὸ πόνου ἐρεθισθεὶς ἐλάκτισεν, ἀργεῖ ἡ προκειμένη ἀγωγή, ἐκεῖνος δέ, ὅστις ἔτυψεν ἢ ἐτραυμάτισε τὸν ἵππον ἐνέχεται ἐκ τῆς τοῦ γεγονότος [ἀγωγῆς] μᾶλλον, παρὰ ἐκ τοῦ Ἀκουϊλίου νόμου, διὰ τοῦτο βεβαίως, διότι οὐχὶ αὐτὸς διὰ τοῦ ἰδίου σώματος ἐπροξένησε τὴν ζημίαν. ἂν ὅμως ἐνῷ κατεπράϋνέ τις τὸν ἵππον ἢ ἐθώπευεν, ἐλακτίσθη ὑπ' αὐτοῦ, λαμβάνει χώραν ἡ [περὶ τετραπό-
8 δων] ἀγωγή. Καὶ ἂν ἓν τετράποδον ἠρέθισεν ἕτερον, ὥστε νὰ προξενήσῃ βλάβην, θέλει ἐγερθῆ ἀγωγὴ λόγῳ ἐκείνου,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

quae concitavit nomine agendum
9 erit. Sive autem corpore suo pauperiem quadrupes dedit, sive per aliam rem, quam tetigit quadrupes, haec actio locum habebit: ut puta si plaustro bos obtrivit

10 aliquem vel alia re deiecta. In bestiis autem propter naturalem feritatem haec actio locum non habet: et ideo si ursus fugit et sic nocuit, non potest quondam dominus conveniri, quia desinit dominus esse, ubi fera evasit: et ideo et si eum[1] occidi, meum cor-
11 pus est. Cum arietes vel boves commisissent et alter alterum occidit, Quintus Mucius distinxit, ut si quidem is perisset qui adgressus erat, cessaret actio, si is, qui non provocaverat, competeret actio: quamobrem eum sibi[2] aut no-

(1) eam (σ.μ.).
(2) enm sibi]] cujus esset is qui adgressus erat tum tibi (Mo.)

xam sarcire aut in noxam de-
12 dere oportere. Et cum etiam in quadrupedibus noxa caput sequitur, adversus dominum haec actio datur, non cujus fuerit quadrupes, cum noceret, sed cujus nunc
13 est. Plane si ante litem contestatam decesserit animal, extincta

14 erit actio. Noxae autem dedere est animal tradere vivum. demum si commune plurium sit animal, adversus singulos erit in solidum noxalis actio, sicuti in homi-
15 ne. Interdum autem dominus in hoc non convenietur, ut noxae dedat, sed etiam in solidum, ut puta si in jure interrogatus, an sua

9 ὅπερ ἠρέθισεν. Εἴτε δὲ διὰ τοῦ σώματός του ἐπροξένησε τὸ τετράποδον βλάβην, εἴτε δι' ἄλλου πράγματος, ὅπερ τὸ τετράποδον ἤγγισεν, ἡ προκειμένη ἀγωγὴ θέλει λάβει χώραν· ὡς λ. χ. ἐὰν βοῦς διὰ τῆς ἁμάξης ἢ διὰ ἄλλου πράγματος καταρριφθέντος κατεπάτη-
10 σέ τινα. Ὡς πρὸς τὰ ἄγρια ὅμως θηρία ἕνεκα τῆς φυσικῆς [αὐτῶν] ἀγριότητος, ἡ προκειμένη ἀγωγὴ δὲν λαμβάνει χώραν· καὶ διὰ τοῦτο ἐὰν ἄρκτος ἐξέφυγε, καὶ οὕτως ἔβλαψε, δὲν δύναται ὁ πρώην κύριος νὰ ἐναχθῇ, καθόσον ἔπαυσε νὰ εἶνε κύριος, ἅμα τὸ θηρίον ἐξέφυγε· καὶ διὰ τοῦτο ἐὰν ἐφόνευσα
11 αὐτό, ἰδικόν μου εἶνε τὸ σῶμα. Ἐὰν κριοὶ ἢ βόες ἤθελον συμπλακῇ, καὶ ὁ εἷς ἐφόνευσε τὸν ἕτερον, ὁ Κόϊντιος Μούκιος διέκρινεν ὥστε, ἂν μὲν ἐκεῖνος ἀπωλέσθη, ὅστις εἶχεν ἐπιτεθῇ, ν' ἀρχῇ ἡ ἀγωγή, ἐὰν δ' ἐκεῖνος, ὅστις δὲν εἶχε προκαλέσει, ν' ἁρμόζῃ ἡ ἀγωγή· διὰ τοῦτο ἐκεῖνος, εἰς ὃν ἀνήκει ὁ ἐπιτεθείς, πρέπει τότε ἢ ν' ἀναπληρώσῃ
12 τὴν βλάβην, ἢ νὰ ἐκδώσῃ ἀντὶ ταύτης [τὸ τετράποδον]. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὡς πρὸς τὰ τετράποδα ἡ βλάβη ἀκολουθεῖ τὴν κεφαλήν, ἡ προκειμένη ἀγωγὴ δίδεται κατὰ τοῦ κυρίου, οὐχὶ οὔτινος ἦτο τὸ τετράποδον, ὅτε ἔβλα-

13 ψεν, ἀλλ' οὔτινος τώρα εἶνε. Βεβαίως ἐὰν πρὸ κατάρξεως τῆς δίκης ἀπέθανε τὸ ζῶον, ἐξαλείφεται ἡ ἀγωγή.
14 Ἀντὶ βλάβης δὲ ἔκδοσις εἶνε ἡ παράδοσις τοῦ ζώου ζῶντος. ἐὰν δὲ τὸ ζῶον εἶνε κοινὸν πολλῶν, ἐναντίον ἑκάστου θέλει εἶσθαι διὰ τὸ ὅλον ἡ περὶ τῆς βλάβης ἀγωγή, ὡς ἐπὶ τοῦ δού-
15 λου. Ἐνίοτε ὅμως ὁ κύριος δὲν ἐνάγεται διὰ τοῦτο, ὅπως ἐκδώσῃ ἀντὶ τῆς βλάβης, ἀλλὰ καὶ δι' ὁλόκληρον [τὴν βλάβην], ὡς λ. χ. ἐὰν ἐπερωτη-

uadrupes esset, responderit non sse suam: nam si constiterit esse jus, in solidum condemnabitur.

6 Si post litem contestatam ab lio sit animal occisum, quia domino legis Aquiliae actio competit, ratio in judicio habebitur legis quiliae, quia dominus noxae dendae facultatem amiserit: ergo x judicio proposito litis aestimaionem offeret, nisi paratus fuerit ctionem mandare adversus eum

7 qui occidit. Hanc actionem emo dubitaverit heredi dari cerisque successoribus: item adersus heredes ceterosque non je successionis,sed eo jure, quo donini sint, competit.

2 *PAULUS* Haec actio non solum omino, sed etiam ei cujus interest ompetit, veluti ei cui res comnodata est, item fulloni, quia eo uod tenentur damnum videntur

pati. Si quis aliquem evitans, nagistratum forte, in taberna proima se immisisset ibique a cane eroce laesus esset, non posse agi anis nomine quidam putant: at i solutus fuisset, contra.

3 *GAIUS* Ex hac lege iam non ubitatur etiam liberarum personarum nomine agi posse, forte si atrem familias aut filium familias elneraverit quadrupes: scilicet ut on deformitatis ratio habeatur, um liberum corpus aestimationem non recipiat, sed impensarum n curationem factarum et operaθεὶς ἐν δικαστηρίῳ, ἂν τὸ τετράποδον εἶνε ἰδικόν του, ἀπήντησεν ὅτι δὲν εἶνε ἰδικόν του· διότι ἐὰν ἀποδειχθῇ ὅτι εἶνε ἰδικόν του, θέλει καταδικασθῇ εἰς 16 ὁλόκληρον [τὴν βλάβην]. Ἐὰν μετὰ κάταρξιν τῆς δίκης τὸ ζῶον φονευθῇ ὑπ' ἄλλου, ἐπειδὴ εἰς τὸν κύριον ἁρμόζει ἡ τοῦ Ἀκουϊλίου νόμου ἀγωγή, θέλει ληφθῇ ὑπ' ὄψιν κατὰ τὴν δίκην ὁ Ἀκουίλιος νόμος, καθόσον ὁ κύριος ἀπώλεσε τὴν εὐχέρειαν τῆς ἐκδόσεως ἀντὶ τῆς βλάβης· ὅθεν ἐπὶ τῆς προκειμένης δίκης θέλει προσφέρει τὴν διατίμησιν αὐτῆς, ἐκτὸς ἂν εἶνε πρόθυμος νὰ ἐκχωρήσῃ τὴν ἀγωγὴν κατὰ 17 τοῦ φονεύσαντος. Ἡ προκειμένη ἀγωγὴ οὐδεὶς ἤθελεν ἀμφιβάλλει ὅτι δίδεται εἰς τὸν κληρονόμον καὶ τοὺς λοιποὺς διαδόχους. ὡσαύτως ἐναντίον τῶν κληρονόμων καὶ τῶν λοιπῶν ἁρμόζει, οὐχὶ δικαιώματι διαδοχῆς, ἀλλ' ἐκ τούτου ὅτι εἶνε κύριοι [τοῦ ζώου].

2 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἡ ἀγωγὴ αὕτη ἁρμόζει ὄχι μόνον εἰς τὸν κύριον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐκεῖνον, ὅστις ἔχει ἐνδιαφέρον, λ. χ. εἰς ἐκεῖνον, εἰς ὃν τὸ πρᾶγμα ἐδόθη ὡς χρησιδάνειον, ὡσαύτως εἰς τὸν γναφέα, καθόσον ἕνεκα τῆς ἐνοχῆς των θεωροῦν-1 ται ὅτι ὑφίστανται βλάβην. Ἐάν τις ἀποφεύγων τινά, λ. χ. ἄρχοντα, εἰσῆλθεν εἰς ἐγγύτατα κείμενον ἐργαστήριον, καὶ ἐκεῖ ὑπὸ κυνὸς ἀγρίου ἐβλάβη, δὲν δύναται, φρονοῦσί τινες, νὰ ἐγερθῇ ἀγωγὴ λόγῳ τοῦ κυνός· ἂν ὅμως ἦτο λελυμένος, τὸ ἐναντίον.

3 *ΓΑΪΟΣ* Ἐκ τοῦ νόμου τούτου δὲν ὑπάρχει ἤδη ἀμφιβολία, ὅτι καὶ λόγῳ [βλάβης] προσώπων ἐλευθέρων δύναται νὰ ἐγερθῇ ἀγωγή, ἐὰν λ. χ. τετράποδον ἐτραυμάτισε πατέρα ἢ υἱὸν οἰκογενείας· λαμβανομένης, ἐννοεῖται, ὑπ' ὄψιν οὐχὶ τῆς δυσμορφίας, καθόσον ἐλεύθερον σῶμα δὲν ἐπιδέχεται διατίμησιν, ἀλλὰ τῶν κατὰ τὴν θεραπείαν γενομέ-

rum amissarum quasque amissurus quis esset inutilis factus.

4 *PAULUS* Haec actio utilis competit et si non quadrupes, sed aliud animal pauperiem fecit.

5 *ALFENUS* Agaso cum in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit, mula calcem reiecit et crus agasoni fregit: consulebabur, possetne cum domino mulae agi, quod ea pauperiem fecisset. respondi posse.

## II [1].

### Ad legem Aquiliam.

1 *ULPIANUS* Lex Aquilia omnibus legibus, quae ante se de damno injuria locutae sunt, derogavit, sive duodecim tabulis, sive alia quae fuit: quas leges nunc referre

*1* non est necesse. Quae lex Aquilia plebiscitum est, cum eam Aquilius tribunus plebis a plebe rogaverit.

2 *GAIUS* Lege Aquilia capite primo cavetur: «ut qui [2] servum «servamve alienum alienamve qua«drupedem vel pecudem iniuria «occiderit, quanti id in eo anno «plurimi fuit, tantum aes dare

*1* «domino damnas esto»: et infra deinde cavetur, ut adversus infiti-

*2* antem in duplum actio esset. Ut igitur apparet, servis nostris ex-

(1) Εἰσ. (4.3)—Κωδ. (3.35)—Βασ. (Ξ',Γ')
(2) si quis (Βασ.)

νων ἐξόδων, καὶ τῶν ἀπολεσθέντων ἐργασιῶν, ὡς καὶ ὅσας τις μέλλει ν' ἀπολέσῃ, ἀνίκανος γενόμενος.

4 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἡ προκειμένη ἀγωγὴ ἁρμόζει ὠφελίμως καὶ ἂν οὐχὶ τετράποδον, ἀλλ' ἕτερον ζῶον ἐποίησε τὴν βλάβην.

5 *ΑΛΦΗΝΟΣ* Ὅτε ὀνηλάτης τις ὡδήγησεν ἵππον εἰς ἐργαστήριον, ὡσφράνθη ὁ ἵππος ἡμίονον, αὕτη δ' ἐλάκτισε, καὶ ἔθραυσεν τὸ σκέλος τοῦ ὀνηλάτου· ἠρωτᾶτο, ἂν δύναται νὰ ἐγερθῇ ἀγωγὴ κατὰ τοῦ κυρίου τῆς ἡμιόνου, διότι αὕτη βλάβην ἐποίησεν. ἀπήντησα ὅτι δύναται.

## 2.

### Ἐπὶ τοῦ Ἀκουϊλίου νόμου.

1 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὁ Ἀκουΐλιος νόμος ἠκύρωσεν ὅλους τοὺς νόμους, οἵτινες πρὸ αὐτοῦ ἐπραγματεύοντο περὶ ἀδίκου ζημίας, εἴτε τοὺς τοῦ δωδεκαδέλτου, εἴτε ἄλλον τινὰ ὑπάρξαντα· τούτους δὲ τοὺς νόμους ν' ἀναφέρωμεν ἤδη

*1* δὲν εἶνε ἀναγκαῖον. Ὁ δὲ Ἀκουΐλιος οὗτος νόμος εἶνε δημοψήφισμα, καθόσον ὁ δήμαρχος Ἀκουΐλιος εἰς τὸν δῆμον ἐπρότεινεν αὐτόν.

2 *ΓΑΪΟΣ* Ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ Ἀκουϊλίου νόμου ὁρίζεται: «ἐάν «τις δοῦλον ἢ δούλην ἀλλοτρίαν ἢ τε«τράποδον ἀλλότριον ἢ κτῆνος ἀδίκως «ἐφόνευσεν, ὅση ἦτο ἡ μεγίστη κατὰ «τὸ ἔτος ἐκεῖνο ἀξία τούτου, τόσον «χρῆμα ἔστω καταδεδικασμένος νὰ

*1* «δίδῃ εἰς τὸν κύριον». Κατωτέρω δὲ πάλιν ὁρίζεται, ὥστε ἐναντίον τοῦ ἀρνουμένου νὰ δίδηται διὰ τὸ διπλοῦν ἀ-

*2* γωγή. Ὡς λοιπὸν καταφαίνεται, πρὸς τοὺς ἡμετέρους δούλους ἐξομοιοῖ τὰ τετράποδα, ἅτινα ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν κτηνῶν περιλαμβάνονται καὶ ἀγεληδὸν τη-

aequat quadrupedes, quae pecudum numero sunt et gregatim habentur, veluti oves caprae boves equi muli asini. sed an sues pecudum appellatione continentur, quaeritur: et recte Labeoni placet contineri. sed canis inter pecudes non est. longe magis bestiae in eo numero non sunt, veluti ursi leones pantherae. elefanti autem et cameli quasi mixti snnt (nam et iumentorum operam praestant et natura eorum fera est) et ideo primo capite contineri eas[1] oportet.

ροῦνται, ὡς πρόβατα, αἶγες, βόες, ἵπποι, ἡμίονοι, ὄνοι. ἀλλ' ἐρωτᾶται ἂν οἱ χοῖροι περιλαμβάνωνται ἐν τῇ ὀνομασίᾳ τῶν κτηνῶν· ὀρθῶς λοιπὸν ὁ Λαβέων φρονεῖ ὅτι περιλαμβάνονται. ἀλλ' ὁ κύων δὲν εἶνε μεταξὺ τῶν κτηνῶν. πολὺ περισσότερον τὰ ἄγρια θηρία δὲν περιλαμβάνονται ἐν τῷ ἀριθμῷ τούτῳ, ὡς ἄρκτοι, λέοντες, πάνθηρες. οἱ ἐλέφαντες δὲ καὶ αἱ κάμηλοι εἶνε οἱονεὶ μικτοὶ (διότι καὶ ὑποζυγίων ἐργασίαν ἐκτελοῦσι, καὶ ἡ φύσις αὐτῶν ἀγρία εἶνε), καὶ διὰ τοῦτο πρέπει νὰ περιλαμβάνωνται καὶ οὗτοι ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ.

3 *ULPIANUS* Si servus servave iniuria occisus occisave fuerit, lex Aquilia locum habet. iniuria occisum esse merito adicitur: non enim sufficit occisum, sed oportet iniuria id esse factum.

3 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν δοῦλος ἢ δούλη ἀδίκως ἐφονεύθη, ὁ Ἀκουίλιος νόμος λαμβάνει χώραν. τὸ *ἀδίκως* ἐφονεύθη, καλῶς προστίθεται· διότι δὲν ἀρκεῖ νὰ ἐφονεύθη, ἀλλὰ πρέπει *ἀδίκως* νὰ ἐγένετο τοῦτο.

4 *GAIUS* Itaque si servum tuum latronem insidiantem mihi occidero, securus ero: nam adversus periculum naturalis ratio permittit *1* se defendere. Lex duodecim tabularum furem noctu deprehensum occidere permittit, ut tamen id ipsum cum clamore testificetur: interdiu autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat, ut tamen aeque cum clamore testificetur.

4 *ΓΑΪΟΣ* Ὅθεν ἐὰν δοῦλόν σου λῃστὴν ἐπιβουλεύοντά με φονεύσω, εἶμαι ἀσφαλής· διότι ἀπέναντι κινδύνου φυσικὸς λόγος ἐπιτρέπει νὰ ὑπερασπίζῃ *1* τις ἑαυτόν. Ὁ δὲ δωδεκάδελτος νόμος ἐπιτρέπει νὰ φονεύῃ τις κλέπτην ἐν νυκτὶ συλληφθέντα, ἂν ὅμως αὐτὸ τοῦτο μετὰ κραυγῆς ἐπιμαρτύρηται. τὸν ἐν ἡμέρᾳ δὲ συλληφθέντα τότε ἐπιτρέπει νὰ φονεύῃ τις, ἐὰν οὗτος ἐνόπλως ὑπερασπίζῃ ἑαυτόν, ἐπιμαρτυρόμενος ὅμως ὡσαύτως μετὰ κραυγῆς.

5 *ULPIANUS* Sed et si quemcumque alium fero se petentem quis occiderit, non videbitur iniuria occidisse: et si metu quis mortis furem occiderit, non dubitabitur, quin lege Aquilia non teneatur. sin autem cum posset adprehendere, maluit occidere, magis est ut iniuria fecisse videatur: ergo

5 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἀλλὰ καὶ ἄν τις οἱονδήποτε ἄλλον μεθ' ὅπλου ἐπιτιθέμενον ἐφόνευσε, δὲν θέλει θεωρηθῆ ὅτι ἀδίκως ἐφόνευσε· καὶ ἄν τις ἐκ φόβου θανάτου ἐφόνευσε κλέπτην, δὲν ὑπάρχει ἀμφιβολία, ὅτι ἐκ τοῦ Ἀκουιλίου νόμου δὲν ἐνέχεται· ἂν ὅμως ἐνῶ ἠδύνατο νὰ τὸν συλλάβῃ, ἐπροτίμησε νὰ τὸν φονεύσῃ, εἶνε πιθανώτερον ὅτι θέλει θεωρεῖσθαι ἀδίκως πράξας· ὅθεν καὶ ἐκ τοῦ Κορνηλίου νόμου θέλει ἐνέχεσθαι.

(1) eos (Hal.)

1 et[1] Cornelia tenebitur. Iniuriam autem hic accipere nos oportet non quemadmodum circa iniuriarum actionem contumeliam quandam, sed quod non jure factum est, hoc est contra ius, id est si culpa quis occiderit: et ideo interdum utraque actio concurrit et legis Aquiliae et iniuriarum, sed duae erunt aestimationes, alia damni, alia contumeliae. igitur iniuriam hic damnum accipiemus culpa datum etiam

2 ab eo, qui nocere noluit. Et ideo quaerimus, si furiosus damnum dederit, an legis Aquiliae actio sit? et Pegasus negavit: quae enim in eo culpa sit, cum suae mentis non sit? et hoc est verissimum. cessabit igitur Aquiliae actio,quemadmodum, si quadrupes damnum dederit, Aquilia cessat, aut si tegula ceciderit. sed et si infans damnum dederit, idem erit dicendum. quodsi inpubes id fecerit, Labeo ait, quia furti tenetur, teneri et Aquilia eum: et hoc puto verum, si sit

(1) etiam lege

3 iam iniuriae capax. Si magister in disciplina vulneraverit servum vel occiderit, an Aquilia teneatur, quasi damnum iniuria dederit? et Julianus scribit Aquilia teneri eum, qui eluscaverat discipulum in disciplina: multo magis igitur in occiso idem erit dicendum. proponitur autem apud eum species talis: sutor, inquit, puero discenti ingenuo filio familias, parum bene facienti quod demonstraverit, forma calcei cervicem percussit, ut oculus puero perfunderetur. dicit igitur Julianus iniuriarum quidem

1 Ἀδικίαν δὲ πρέπει ἐνταῦθα νὰ δεχθῶμεν οὐχὶ ὡς ἐν τῇ περὶ ὕβρεως ἀγωγῇ, περιφρόνησίν τινα, ἀλλὰ τὸ μὴ δικαιωματικῶς γενόμενον, τουτέστιν ἐναντίον τοῦ δικαίου, ἤτοι ἐάν τις ἐκ πταίσματος ἐφόνευσε. καὶ διὰ τοῦτο ἐνίοτε ἑκατέρα ἀγωγὴ συντρέχει, καὶ ἡ τοῦ Ἀκουϊλίου νόμου καὶ ἡ τῆς ὕβρεως, ἀλλὰ δύω γίνονται διατιμήσεις, ἡ μὲν μία τῆς βλάβης, ἡ δ' ἄλλη τῆς καταφρονήσεως. ὅθεν ἀδικίαν ἐνταῦθα ἐννοοῦμεν βλάβην ἐκ πταίσματος γενομένην, καὶ παρ' ἐκείνου, ὅστις δὲν ἠθέ-
2 λησε νὰ βλάψῃ. Καὶ διὰ τοῦτο ἐρωτῶμεν, ἐὰν φρενοβλαβὴς ἐπροξένησε ζημίαν, ἀράγε ὑπάρχει ἡ τοῦ Ἀκουϊλίου νόμου ἀγωγή; ὁ Πήγασος λοιπὸν ἠρνήθη· διότι τί πταῖσμα ὑπάρχει ὡς πρὸς ἐκεῖνον, ἀφοῦ δὲν ἔχει τὰς φρένας του; τοῦτο δ' εἶνε ὀρθότατον· ἀργεῖ λοιπὸν ἡ Ἀκουϊλιανὴ ἀγωγή, ὡς ἀργεῖ αὕτη, ἐὰν τετράποδον ἐπροξένησε βλάβην, ἢ ἐὰν κέραμος ἔπεσεν. ἀλλὰ καὶ ἂν νήπιος ἐπροξένησε βλάβην, τὸ αὐτὸ θέλει λεχθῆ. ἂν ὅμως ἄνηβος ἐπροξένησε ταύτην, ὁ Λαβέων λέγει ὅτι, ἐπειδὴ ἐνέχεται ἐκ τῆς κλοπῆς, ἐνέχεται οὗτος καὶ ἐκ τοῦ Ἀκουϊλίου· τοῦτο δὲ φρονῶ ὀρθόν, ἐὰν εἶνε ἤδη ἱκανὸς πρὸς
3 ἀδικίαν. Ἐὰν ὁ διδάσκαλος ἐν τῷ διδάσκειν ἐτραυμάτισεν ἢ ἐφόνευσε δοῦλον, ἐνέχεται ἆράγε ἐκ τοῦ Ἀκουϊλίου, ὡς προξενήσας ἄδικον ζημίαν; ὁ Ἰουλιανὸς λοιπὸν γράφει ὅτι ἐνέχεται ἐκ τοῦ Ἀκουϊλίου, ὅστις ἐν τῷ διδάσκειν ἐποίησε μαθητὴν μονόφθαλμον· ὅθεν πολὺ περισσότερον θέλει λεχθῆ τὸ αὐτὸ ἐπὶ φόνου. ἐκτίθεται δὲ παρ' αὐτῷ ἡ ἑξῆς περίπτωσις: ὑποδηματορράφος, λέγει, παῖδα μαθητεύοντα, ἐλεύθερον ἐκ γενετῆς, ὑπεξούσιον, μὴ καλῶς ποιοῦντα τὸ ὑποδειχθέν, ἔτυψε διὰ καλόποδος κατὰ κεφαλῆς, ὥστε ἐχύθη ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ παιδός· λέγει λοιπὸν ὁ Ἰουλιανὸς ὅτι

actionem non competere, quia non faciendae iniuriae causa percusserit, sed monendi et docendi causa: an ex locato, dubitat, quia levis dumtaxat castigatio concessa est docenti: sed lege Aquilia posse agi non dubito:

6 *PAULUS* praeceptoris enim nimia saevitia culpae adsignatur.

7 *ULPIANUS* Qua actione patrem consecuturum ait, quod minus ex operis filii sui propter vitiatum oculum sit habiturus, et impendia, quae pro ejus curatione fecerit. *1* Occisum autem accipere debemus, sive gladio sive etiam fuste vel alio telo vel manibus (si forte strangulavit eum) vel calce petiit vel capite vel qualiter qua-

*2* liter. Sed [1] si quis plus justo oneratus deiecerit onus et servum occiderit, Aquilia locum habet: fuit enim in ipsius arbitrio ita se non onerare. nam et si lapsus aliquis servum alienum onere presserit, Pegasus ait lege Aquilia eum teneri ita demum, si vel plus justo se oneraverit vel neglegentius per lubricum transierit. *3* Proinde si quis alterius inpulsu damnum dederit, Proculus scribit neque eum qui impulit teneri, quia non occidit, neque eum qui impulsus est, quia damnum iniuria non

(1) cf προσθ.

dedit: secundum quod in factum actio erit danda in eum qui impu-
*4* lit. Si quis in colluctatione vel

ἡ περὶ ὕβρεως μὲν ἀγωγὴ δὲν ἁρμόζει, διότι οὐχὶ πρὸς ἐκτέλεσιν ὕβρεως ἔτυψεν, ἀλλὰ χάριν ὑπομνήσεως καὶ διδαχῆς· ἂν δὲ [ἁρμόζῃ] ἡ ἐκ τῆς ἐκμισθώσεως, ἀμφιβάλλει, διότι ἐλαφρὸς μόνον σωφρονισμὸς ἐπιτρέπεται εἰς τὸν διδάσκοντα· ἀλλ' ὅτι δύναται νὰ ἐγερθῇ ἡ τοῦ Ἀκουϊλίου νόμου ἀγωγὴ δὲν ἀμφιβάλλω,

6 *ΠΑΥΛΟΣ* διότι ἡ ὑπερβολικὴ τραχύτης τοῦ διδασκάλου ἀποδίδεται εἰς πταῖσμα [αὐτοῦ].

7 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Διὰ τῆς ἀγωγῆς δὲ ταύτης ὁ πατὴρ θ' ἀποκτήσῃ, λέγει ὅ,τι ἕνεκα τοῦ βλαβέντος ὀφθαλμοῦ θέλει στερηθῇ ἐκ τῆς ἐργασίας τοῦ υἱοῦ, καὶ τὰς δαπάνας, ἃς πρὸς θεραπείαν *1* αὐτοῦ ἤθελε κάμει. Φονευθέντα δὲ πρέπει νὰ θεωρῶμεν [τινα] εἴτε διὰ ξίφους, εἴτε καὶ διὰ ῥάβδου, εἴτε ἄλλου ὅπλου, εἴτε διὰ τῶν χειρῶν (ἐὰν λ. χ. ἐστραγκάλισέ τις αὐτὸν) εἴτε διὰ τύψεως διὰ τοῦ ποδός, ἢ τῆς κεφαλῆς, εἴτε ὁπωσδήποτε ἄλλως [ἐφονεύθη]. *2* Ἀλλὰ καὶ ἂν τις φορτωθεὶς πλέον τοῦ πρέποντος κατέρριψε τὸ φορτίον καὶ ἐφόνευσε δοῦλον, λαμβάνει χώραν ἡ Ἀκουϊλιανή· διότι ἐκ τῆς θελήσεως ἐκείνου ἐξηρτᾶτο νὰ μὴ φορτώσῃ οὕτως ἑαυτόν. διότι καὶ ἂν τις ὀλισθήσας κατέθλιψε διὰ τοῦ φορτίου δοῦλον ἀλλότριον, ὁ Πήγασος λέγει ὅτι ἐνέχεται οὗτος ἐκ τοῦ Ἀκουϊλίου νόμου, τότε ὅμως, ὅταν εἴτε πλέον τοῦ πρέποντος ἐφόρτωσεν ἑαυτόν, ἢ ἀμελῶς *3* διήρχετο διὰ μέρους ὀλισθηροῦ. Ὅθεν ἐάν τις δι' ὠθήσεως ἑτέρου ἐπροξένησε τὴν ζημίαν, ὁ Πρόκουλος γράφει ὅτι οὔτε ὁ ὠθήσας ἐνέχεται, καθόσον [αὐτὸς] δὲν ἐφόνευσεν, οὔτε ὁ ὠθηθείς, καθόσον δὲν ἐπροξένησεν [αὐτὸς] τὴν ἄδικον ζημίαν· κατ' ἀκολουθίαν θέλει δοθῇ ἡ ἐκ τοῦ γεγονότος ἀγωγὴ κατ' ἐκείνου, *4* ὅστις ὤθησεν. Ἐάν τις ἐν παλαίστρᾳ

in pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur alius alium occiderit, si quidem in publico certamine alius alium occiderit, cessat Aquilia, quia gloriae causa et virtutis, non iniuriae gratia videtur damnum datum. hoc autem in servo non procedit, quoniam ingenui solent certare: in filio familias vulnerato procedit. plane si cedentem vulneraverit, erit Aquiliae locus, aut si non in certamine servum occidit, nisi si domino committente hoc factum sit: tunc enim 5 Aquilia cessat. Sed[1] si quis servum aegrotum leviter percusserit et is obierit, recte Labeo dicit lege Aquilia eum teneri, quia aliud alii

(1) et προσθ. (Hal.)

6 mortiferum esse solet. Celsus autem multum interesse dicit, occiderit an mortis causam praestiterit, ut qui mortis causam praestitit, non Aquilia, sed in factum actione teneatur. unde adfert eum qui venenum pro medicamento dedit et ait causam mortis praestitisse, quemadmodum eum qui furenti gladium porrexit: nam nec hunc lege Aquilia teneri, sed in 7 factum. Sed si quis de ponte aliquem praecipitavit, Celsus ait, sive ipso ictu perierit aut continuo submersus est aut lassatus vi fluminis victus perierit, lege Aquilia teneri, quemadmodum si quis

5 ἐν τῇ ἀποδοχῇ τῆς δίκης. Οὔτε κατὰ τοῦ κληρονόμου δίδεται ἀγωγή, ἐκ τοῦ ὅτι ὁ ἀποθανὼν ψευδῶς [ἠρνήθη τὴν νομὴν τοῦ δούλου], οὔτε

in ipsum quolibet tempore: nam liberum esse debet defendenti absentem servum huius edicti poenam evitare, id est ut sine noxae deditione conveniatur. et ideo si negaveris servum in tua potestate esse, postea fateri poteris, nisi si iam lis adversus te contestata est: nam tunc audiri non debebis, ut Labeo ait: Octavenus ex causa etiam lite contestata tibi succurrendum, utique si aetas tua ea sit,

κατ' αὐτοῦ τοῦ ἰδίου, [ἐὰν ἀνακαλέσῃ] καθ' οἱονδήποτε χρόνον· διότι πρέπει νὰ εἶνε ἐλεύθερον εἰς τὸν ὑπερασπίζοντα ἀπόντα δοῦλον νὰ ἀποφεύγῃ τὴν ποινὴν τοῦ διατάγματος τούτου, ἤτοι νὰ ἐνάγηται μὴ λαμβανομένης ὑπ' ὄψιν τῆς ἀντὶ τῆς βλάβης ἐκδόσεως· καὶ διὰ τοῦτο ἐὰν ἠρνήθης, ὅτι ὁ δοῦλος εἶνε ἐν τῇ ἐξουσίᾳ σου, δύνασαι κατόπιν νὰ ὁμολογήσῃς [τὸ ἐναντίον], ἐκτὸς ἂν ἤδη ἤρξατο κατὰ σοῦ ἡ δίκη· διότι τότε δὲν πρέπει νὰ εἰσακουσθῇς, ὡς λέγει ὁ Λαβέων· ὁ δὲ Ὀκταβῆνος [φρονεῖ ὅτι] κατὰ τὰς περιστάσεις καὶ μετὰ κάταρξιν τῆς δίκης δέον νὰ σοὶ παρέχηται συνδρομή, μάλιστα ἐὰν ἡ ἡλικία σου εἶνε τοιαύτη, ὥστε πρέπει νὰ

*6* ut ignosci tibi debeat. Si absente domino ductus sit servus vel etiam praesente et in eadem causa sit, ut in integrum restitui possit, defensio permittitur ejus nomine qui ductus est: postulantibus enim exhiberi eum ad defendendum indulgere praetor debet. idem concedendum est fructuario vel cui pignoris nomine obligatus est, si praesens dominus defendere noluerit, no alterius dolus aut desidia aliis noceat. idem praestandum est in servo communi, quem alter ex dominis praesens noluit defendere. sed et actori his casibus succurrendum est, quia placet dominii adquisitione extingui actionem: iussu enim praetoris ductus in bonis fit ejus qui duxit.

*6* εἶσαι συγγνωστός. Ἐὰν ἀπόντος τοῦ κυρίου ἢ καὶ παρόντος ἀπήχθη ὁ δοῦλος, καὶ εἶνε ἐν τοιαύτῃ περιπτώσει [ὁ κύριος], ὥστε νὰ δύνηται ν' ἀποκατασταθῇ εἰς ἀκέραιον, ἐπιτρέπεται ἡ ὑπεράσπισις ὑπὲρ τοῦ ἀπαχθέντος· διότι ὁ πραίτωρ δέον νὰ ἐπιτρέπῃ τὴν παράστασιν εἰς τοὺς χάριν ὑπερασπίσεως ζητοῦντας αὐτήν. τὸ αὐτὸ θέλει ἐπιτραπῆ εἰς τὸν καρπωτήν, ἢ εἰς ὃν [ὁ δοῦλος] ὡς ἐνέχυρον ὑπόκειται, ἐὰν ὁ κύριος παρὼν μὴ θέλῃ νὰ ὑπερασπίσῃ, ὥστε νὰ μὴ βλάπτῃ ἑτέρους ὁ δόλος ἢ ἡ ἀπραξία ἑνός. τὸ αὐτὸ θέλει ἐπιτραπῆ ἐπὶ δούλου κοινοῦ, ὃν ὁ εἷς τῶν κυρίων [καίτοι] παρὼν δὲν θέλει νὰ ὑπερασπίσῃ. ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἐνάγοντα δέον κατὰ τὰς περιστάσεις ταύτας νὰ βοηθῇ συνδρομὴ [διὰ τῆς ἐκ νέου χορηγήσεως τῆς ἀγωγῆς τῆς βλάβης], ἀφοῦ εἶνε δεκτὸν ὅτι διὰ τῆς [ἐκ μέρους τοῦ παθόντος] ἀποκτήσεως τῆς κυριότητος [ἐπὶ τοῦ δούλου], ἐξαλείφεται ἡ ἀγωγή. διότι *κατὰ διαταγὴν τοῦ πραίτωρος* ἀπήχθη [ὁ δοῦλος] εἰς τὴν περιουσίαν τοῦ ἀπαγαγόντος.

27 *GAIUS* Si noxali judicio agi-

27 *ΓΑΪΟΣ* Ἐὰν ἐγείρηται ἡ τῆς βλά-

tur de servo qui pignoris jure tenetur aut de eo cujus usus fructus alterius est, admonendi sumus, si creditor vel usufructuarius praesens defensionem suscipere noluerit, proconsulem interventurum et pignoris persecutionem vel usus fructus actionem negaturum. quo casu dici potest ipso jure pignus liberari (nullum enim pignus est, cujus persecutio negatur): usus fructus autem, etiamsi persecutio ejus denegetur, ipso jure durat eo usque, donec non utendo const- / tuto tempore pereat. Ex his quae diximus de servo qui alicui pignoris jure obligatus est deque statulibero et de eo cujus usus fructus alienus est apparet, eum, qui alienum servum in jure suum esse responderit[1], quamvis noxali judicio teneantur, non tamen posse noxae deditione ipso jure liberari, quia nullum ad actorem dominium transferre possunt, cum ipsi domini non sint. certe tamen, si ex ea causa traditum postea dominus vindicet nec litis aestimationem offerat, poterit per exceptionem doli mali repelli.

28 *AFRICANUS* Et generaliter si alieni servi nomine, qui tibi iustam servitutem serviret, noxali tecum egerim tuque eum mihi noxae dederis: sive me possidente dominus eum vindicet, exceptione

(1) eos qui . . responderint (Mo.)

βης ἀγωγὴ περὶ δούλου, ὅστις ὡς ἐνέχυρον ὑπόκειται, ἢ οὗτινος ἡ χρησικαρπία ἀνήκει εἰς ἕτερον, δέον ν' ἀναμνησθῶμεν ὅτι, ἐὰν ὁ πιστωτὴς ἢ ὁ χρησικαρπωτὴς [καίτοι] παρὼν μὴ θέλῃ ν' ἀναλάβῃ τὴν ὑπεράσπισιν, θέλει ἐπεμβῇ ὁ ἀνθύπατος, καὶ ἀρνηθῇ τὴν ἐπιδίωξιν τοῦ ἐνεχύρου ἢ τὴν ἀγωγὴν τῆς χρησικαρπίας. ἐν τοιαύτῃ περιπτώσει δύναται νὰ λεχθῇ, ὅτι αὐτοδικαίως ἀπαλλάσσεται τὸ ἐνέχυρον (διότι οὐδόλως εἶνε ἐνέχυρον ἐκεῖνο, οὗτινος τὴν ἐπιδίωξιν ἀρνεῖται [ὁ ἄρχων]): ἡ χρησικαρπία ὅμως, καίτοι τὴν ἐπιδίωξιν αὐτῆς ἀρνεῖται [ὁ ἄρχων], αὐτοδικαίως διαρκεῖ ἐπὶ τοσοῦτον, ἕως οὗ διὰ τῆς κατὰ τὸν ὡρισμένον χρόνον / ἀχρησίας ἀπολεσθῇ. Ἐξ ὅσων εἴπομεν περὶ δούλου, ὅστις ὑπόκειται εἴς τινα ὡς ἐνέχυρον, καὶ περὶ ὑπὸ αἵρεσιν ἀπελευθερωθέντος, καὶ περὶ ἐκείνου, οὗτινος ἡ χρησικαρπία ἀνήκει εἰς ἕτερον, γίνεται δῆλον ὅτι ἐκεῖνοι, οἵτινες ἀπήντησαν ὅτι δοῦλος ἀλλότριος εἶνε ἰδικός των, καίτοι ἐνέχονται ἐκ τῆς ἀγωγῆς τῆς βλάβης, ὅμως δὲν δύνανται διὰ τῆς ἀντὶ τῆς βλάβης ἐκδόσεως ν' ἀπαλλαγῶσιν αὐτοδικαίως, διότι οὐδόλως δύνανται νὰ μεταβιβάσωσιν εἰς τὸν ἐνάγοντα κυριότητα, ἀφοῦ αὐτοὶ οὗτοι δὲν εἶναι κύριοι. βεβαίως ὅμως, ἐὰν ἐκ τοῦ λόγου τούτου παραδοθῇ [ὁ δοῦλος], εἶτα δὲ ὁ κύριος τὸν διεκδικῇ, χωρὶς νὰ προσφέρῃ τὴν διατίμησιν τῆς δίκης, δύναται ν' ἀποκρουσθῇ διὰ τῆς ἐνστάσεως τοῦ δόλου.

28 *ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ* Καὶ γενικῶς ἐὰν ἕνεκεν ἀλλοτρίου δούλου, ὅστις σοι ὀφείλει δικαίαν δουλείαν, ἐγείρω κατὰ σοῦ τὴν ἀγωγὴν τῆς βλάβης, καὶ σύ μοι ἐκδώσῃς αὐτὸν ἀντὶ τῆς βλάβης, εἴτε ἐμοῦ νεμομένου αὐτόν, ὁ κύριος διεκδικήσῃ, δύναμαι, ἂν μὴ προσφέρῃ

doli mali, nisi litis aestimationem offerat, eum summovere possum, sive ipse possideat. Publiciana mihi datur, et adversus excipientem «si dominus ejus sit» utilem mihi replicationem doli mali profuturam et secundum haec usu quoque me capturum, quamvis sciens alienum possideam: alioquin si aliter constituatur, futurum, ut summa iniquitate bonae fidei possessor adficiatur, si, cum ipso jure noxalis actio adversus eum competit, necessitas ei imponatur, ut litis aestimationem sufferat. eademque dicenda sunt et si, cum ab eo non defenderetur, iussu praetoris eum duxerim, quoniam isto quoque casu iustam causam possidendi habeo.

29 *GAIUS* Non solum autem qui in potestate non habet recusare potest noxale judicium, verum et habenti in potestate liberum est evitare judicium, si indefensam eam personam relinquat: sed huic necesse est ius suum ad actorem transferre, perinde ac si damnatus esset.

30 *IDEM* In noxalibus actionibus eorum qui bona fide absunt ius non corrumpitur, sed reversis defendendi ex bono et aequo potestas datur, sive domini sint sive aliquid in ea re ius habeant, qualis est creditor et fructuarius.

31 *PAULUS* Quod ait praetor, cum familia furtum faciat, ad eum modum se actionem daturum, ut tantum actor consequatur, quantum si liber fecisset consequeretur, quaeritur, utrum ad pecuniae praestationem respiciat an etiam

τὴν διατίμησιν τῆς δίκης, ν' ἀποκρούσω αὐτὸν διὰ τῆς ἐνστάσεως τοῦ δόλου—εἴτε αὐτὸς οὗτος νέμηται, δίδεται εἰς ἐμὲ Πουβλικιανὴ [ἀγωγὴ]· ἐναντίον δὲ τῆς ἐνστάσεως «ἂν εἶνε κύριος τοῦ δούλου», θέλει εἶσθαι ὠφέλιμος δι' ἐμὲ ἡ ἀντένστασις τοῦ δόλου, καὶ κατ' ἀκολουθίαν θέλω ἔχει καὶ χρησικτησίαν, καίτοι ἐν γνώσει νέμομαι ἀλλότριον· εἰ δὲ μὴ ἂν ἄλλως ὁρισθῇ, θὰ συμβῇ ὥστε νὰ ὑφίσταται ὁ καλῆς πίστεως νομεὺς μεγίστην ἀδικίαν, ἄν, ἐνῶ αὐτοδικαίως ἁρμόζει κατ' αὐτοῦ ἡ τῆς βλάβης ἀγωγή, ἐπιβάλληται αὐτῷ ἡ ἀνάγκη, νὰ προσφέρῃ τὴν διατίμησιν τῆς δίκης· ταὐτὰ δὲ θέλουσι λεχθῆ καὶ ἄν, μὴ ὑπερασπίζοντος αὐτοῦ [τὸν δοῦλον], κατὰ διαταγὴν τοῦ πραίτωρος ἀπήγαγον αὐτόν, διότι καὶ ἐν τῇ περιπτώσει ταύτῃ ἔχω δικαίαν αἰτίαν νομῆς.

29 *ΓΑΪΟΣ* Ὄχι δὲ μόνον ὁ μὴ ἔχων ἐν τῇ ἐξουσίᾳ δύναται νὰ μὴ ἀποδεχθῇ τὴν ἀγωγὴν τῆς βλάβης, ἀλλὰ καὶ ὁ ἔχων ἐν τῇ ἐξουσίᾳ εἶνε ἐλεύθερος ν' ἀποφύγῃ τὴν ἀγωγήν, ἐὰν καταλείπῃ τὸ πρόσωπον ἐκεῖνο ἀνυπεράσπιστον. ἀλλ' ὁ τοιοῦτος ἀνάγκη νὰ μεταβιβάσῃ εἰς τὸν ἐνάγοντα τὸ ἑαυτοῦ δίκαιον, οὕτως ὡσεὶ εἶχε καταδικασθῆ.

30 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐπὶ τῶν ἀγωγῶν βλάβης οἱ καλῇ τῇ πίστει ἀπόντες δὲν ἀποβάλλουσι τὸ δίκαιον, ἀλλ' ἐπανελθόντες δύνανται νὰ ὑπερασπίσωσιν [αὐτὸ] ἐκ τοῦ καλοῦ καὶ ἴσου, εἴτε κύριοι εἶνε, εἴτε ἄλλο τι δικαίωμα ἐπὶ τοῦ δούλου ἔχουσιν, ὡς ὁ πιστωτὴς καὶ ὁ καρπωτής.

31 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὅπερ δὲ λέγει ὁ πραίτωρ, ἐὰν οἱ δοῦλοί τινος διαπράξωσι κλοπήν, τοιαύτην ἀγωγὴν θέλει δώσει; ὥστε ὁ ἐνάγων νὰ λάβῃ τοσοῦτον, ὅσον ἤθελε λάβει, ἂν ἐλεύθερος διέπραττε [τὴν κλοπήν], ἐρωτᾶται ἂν ἀποβλέπῃ εἰς τὴν παροχὴν χρημάτων ἢ

ad noxae deditionem, ut puta[1] si ex pretiis noxae deditorum duplum coligatur, sequentes actiones inhibeantur. Sabinus et Cassius putant pretium quoque noxae deditorum imputari debere, quod Pomponius probat et est verum: nam et si servus indefensus ductus sit, aestimatio ejus imputanda est. certe non tantum duplationis, sed et condictionis rationem habendam Julianus putat.[2] furti faciendi tempus spectandum esse, an ejusdem familiae sint servi: nam si hi, qui plurium dominorum erunt, unius esse postea coeperint, locus edicto non erit.

(1) puta διαγρ. (Mo.)
(2) ubi de familia quae furtum fecit quaeritur, Julianus (?) putat προσθ. (Βασ.)

32 *CALLISTRATUS* Is qui in aliena potestate est si noxam commisisse dicatur, si non defendatur, ducitur: et si praesens est dominus, tradere eum et de dolo malo promittere debet.

33 *POMPONIUS* Noxali judicio invitus nemo cogitur alium defendere, sed carere debet eo quem non defendit, si servus est: quod si liber est qui in potestate sit, indistincte ipsi sui defensio danda est:

34 *JULIANUS* quotiens enim nemo filium familias ex causa delicti defendit, in eum judicium datur

35 *ULPIANUS* et si condemnatus fuerit, filius judicatum facere debet: tenet enim condemnatio.

καὶ εἰς τὴν ἔκδοσιν ἀντὶ τῆς βλάβης, ὥστε ἂν ἐκ τῆς ἀξίας τῶν ἀντὶ τῆς βλάβης ἐκδοθέντων συνάζῃ τὸ διπλοῦν, νὰ ἀργῶσιν αἱ λοιπαὶ ἀγωγαί. ὁ Σαβῖνος καὶ Κάσσιος φρονοῦσιν ὅτι καὶ ἡ ἀξία τῶν ἐκδιδομένων δούλων πρέπει νὰ ὑπολογίζηται, ὅπερ ὁ Πομπώνιος ἐπιδοκιμάζει, καὶ εἶνε ὀρθόν· διότι καὶ ἂν δοῦλος ἀνυπεράσπιστος ἀπαχθῇ, ἡ διατίμησις αὐτοῦ δέον νὰ ὑπολογίζηται. βεβαίως δὲ οὐχὶ μόνον τοῦ διπλοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς ἀναζήτησιν τοῦ κλαπέντος [ἀγωγῆς] πρέπει νὰ γίνηται ὑπολογισμός, φρονεῖ ὁ Ἰουλιανός· προκειμένου δὲ περὶ δούλων διαπραξάντων κλοπήν, δέον ν' ἀποβλέπωμεν εἰς τὸν χρόνον τῆς διαπράξεως τῆς κλοπῆς, ἂν οἱ δοῦλοι ἀνήκωσιν εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτόν· διότι ἂν δοῦλοι, ἀνήκοντες εἰς πολλοὺς κυρίους, ἤρξαντο κατόπιν νὰ εἶνε ἑνός, δὲν θέλει λάβει χώραν τὸ διάταγμα.

32 *ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ* Ὁ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ εὑρισκόμενος ἐὰν λέγηται ὅτι διέπραξε πλημμέλημα, καὶ δὲν ὑπερασπίζηται [ὑπό τινος] ἀπάγεται· ἂν δ' ὁ κύριος εἶνε παρών, δέον νὰ παραδώσῃ αὐτὸν καὶ νὰ ἐγγυηθῇ περὶ δόλου [ὅτι λ.χ. δὲν ἔφθειρεν ἢ ἐδηλητηρίασεν αὐτόν].

33 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐν τῇ περὶ βλάβης ἀγωγῇ οὐδεὶς ἀναγκάζεται ἄκων νὰ ὑπερασπίσῃ ἕτερον, ἀλλὰ δέον νὰ στερηθῇ ἐκείνου, ὃν δὲν ὑπερασπίζει, ἂν εἶνε δοῦλος· ἂν ὅμως ὁ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ εὑρισκόμενος εἶνε ἐλεύθερος, ἀδιακρίτως θέλει ἐπιτραπῇ ἡ ὑπεράσπισις αὐτοῦ εἰς αὐτὸν τοῦτον·

34 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* διότι ὁσάκις οὐδεὶς ὑπερασπίζει υἱὸν ὑπεξούσιον διὰ πλημμέλημα, δίδεται ἡ ἀγωγὴ κατ' αὐτοῦ [τοῦ υἱοῦ],

35 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* καὶ ἂν καταδικασθῇ, οὗτος ὀφείλει νὰ ἐκπληρώσῃ τὸ δεδικασμένον· διότι ἡ καταδίκη ὑποχρεοῖ.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

quin immo etiam illud dicendum est patrem quoque post condemnationem filii dumtaxat de peculio posse conveniri.

36 *IDEM* Si quis servum pigneratum, deinde a debitore subreptum emerit a debitore, nomine ejus furti tenebitur dominio servi adquisito, nec oberit, quod Serviana potest ei homo avocari idemque et si a minore quis viginti quinque annis emerit vel in fraudem creditorum sciens: hi enim, quamvis auferri eis dominium possit, interim tamen conveniendi sunt.

37 *TRYPHONINUS* Si alienus servus furtum mihi fecerit, qui postea in meum dominium pervenerit, extinguitur furti actio, quae mihi competierat, nondum in judicium deducta, nec si postea alienavero eum, quem ante litem contestatam emeram, furti actio restaurabitur: quod si post litem contestatam eum redemero, condemnandus erit venditor,

38 *ULPIANUS* quemadmodum si alii vendidisset: parvi enim refert, cui vendiderit, adversario an alii: suaque culpa litis aestimationem sublaturum, qui vendendo noxae

μάλιστα δὲ καὶ τοῦτο δέον νὰ λεχθῇ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ μετὰ τὴν καταδίκην τοῦ υἱοῦ δύναται νὰ ἐναχθῇ, [ἀλλὰ] μόνον ἐκ τοῦ χρηματίου.

36 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐάν τις δοῦλον ἐνεχυρασθέντα, εἶτα δ' ὑπὸ τοῦ ὀφειλέτου κλαπέντα ἠγόρασε παρὰ τοῦ ὀφειλέτου, ἕνεκα τοῦ δούλου θὰ ἐνέχηται ἐκ τῆς κλοπῆς ὡς ἀποκτήσας τὴν κυριότητα αὐτοῦ, δὲν βλάπτει δέ, ὅτι διὰ τῆς Σερβιανῆς [ἀγωγῆς] δύναται νὰ τῷ ἀφαιρεθῇ ὁ δοῦλος· τὸ αὐτὸ καὶ ἄν τις παρὰ μικροτέρου τῶν εἰκοσιπέντε ἐτῶν ἠγόρασεν, ἢ πρὸς βλάβην τῶν πιστωτῶν ἐν γνώσει· διότι οὗτοι, καίτοι δύναται ν' ἀφαιρεθῇ ἀπ' αὐτῶν ἡ κυριότης, ἐν τῷ μεταξὺ ὅμως δύνανται νὰ ἐναχθῶσι.

37 *ΤΡΥΦΩΝΙΝΟΣ* Ἐὰν διέπραξε κατ' ἐμοῦ κλοπὴν δοῦλος ἀλλότριος, ὅστις περιῆλθε κατόπιν εἰς τὴν κυριότητά μου, ἡ τῆς κλοπῆς ἀγωγή, ἥτις ἥρμοζεν εἰς ἐμέ, μὴ ἐγερθεῖσα εἰσέτι ἐξαλείφεται, οὐδὲ ἀποκαθίσταται ἡ ἀγωγὴ αὕτη, ἂν κατόπιν ἀπαλλοτριώσω τὸν δοῦλον, ὃν πρὸ κατάρξεως τῆς δίκης ἠγόρασα. ἂν ὅμως μετὰ κάταρξιν τῆς δίκης ἐξαγοράσω αὐτόν, δέον νὰ καταδικάζηται ὁ πωλητής,

38 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* ὡς καὶ ἂν εἰς ἕτερον εἶχε πωλήσει· διότι ὀλίγον διαφέρει, εἰς τίνα ἐπώλησεν, εἰς τὸν ἀντίθετον ἢ εἰς ἕτερον· ἐξ ἰδίου δὲ πταίσματος θέλει ὑποστῆ τὴν διατίμησιν τῆς δίκης, ἀφοῦ διὰ τῆς πωλήσεως ἀφῆρεσεν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἀντὶ τῆς βλάβης ἔκδοσιν.

*1* deditionem sibi ademit. Julianus autem libro vicensimo secundo digestorum scribit, si servum pro derelicto habeam, qui tibi furtum fecerat, liberari me, quia statim meus esse desinit, ne ejus nomine, qui sine domino sit, furti sit actio.

Si servus meus rem tuam sub-

*1* Ὁ Ἰουλιανὸς ὅμως ἐν βιβλ. κβ' τῶν πανδεκτῶν γράφει, ἐὰν δοῦλον, ὅστις διέπραξε κατὰ σοῦ κλοπήν, θεωρῶ ὡς ἐγκαταλελειμμένον, ἀπαλλάσσομαι, διότι ἀμέσως ἔπαυσε νὰ εἶνε ἰδικός μου, ὥστε δὲν ὑπάρχει ἡ τῆς κλοπῆς ἀγωγὴ ἕνεκεν

*2* αὐτοῦ, ὅστις εἶνε ἄνευ κυρίου. Ἐὰν

traxerit et vendiderit tuque nummos quos ex pretio habebat ei excusseris, locus erit furti actioni ultro citroque: nam et tu adversus me furti ages noxali servi nomine

et ego adversus te nummorum no- 3 mine. Sed et si servo creditoris mei solverim nummos, ut is eos domino suo det, aeque locus erit furti actioni, si is nummos acceptos interceperit.

39 *JULIANUS* Si plurium servus furtum fecerit et omnes dolo fecerint, quo minus eum in potestate haberent, subsequi debet praetor juris civilis actionem et judicium honorarium, quod ex hac causa pollicetur, in eum dare, quem actor elegerit: neque enim amplius praestare actori debet, quam ut detracta noxae deditione agere possit cum eo, cum quo noxali judicio experipi potuisset, si servus exhi-

1 beretur. Qui alienum servum suum esse fatetur, quamvis noxali actione obligetur, nihilo minus causa cognita satisdare debet: qui autem pro servo convenitur, satisdatione onerandus non est: non enim offert se defensioni

2 alieni servi. Si quis dicet dominum dolo fecisse, quo minus in potestate ejus servus esset, ille autem contendat eum servum ab alio defendi cum satisdatione, doli ma-

δοῦλός μου ἔκλεψε πρᾶγμά σου, καὶ τὸ ἐπώλησε, σὺ δὲ τὰ νομίσματα, ἅτινα ἐκ τοῦ τιμήματος εἶχε, τῷ ἐξετίναξας, θέλει λάβει χώραν ἡ τῆς κλοπῆς ἀγωγὴ ἑκατέρωθεν· διότι καὶ σὺ κατ' ἐμοῦ θέλεις ἐγείρει ἕνεκα τῆς κλοπῆς τοῦ δούλου τὴν ἀγωγὴν τῆς βλάβης, καὶ ἐγὼ κατὰ σοῦ ἕνεκα τῶν νομισμά- 3 των. Ἀλλὰ καὶ ἂν εἰς δοῦλον τοῦ πιστωτοῦ μου κατέβαλον νομίσματα, ἵνα τὰ δώσῃ εἰς τὸν κύριόν του, θέλει ὡσαύτως λάβει χώραν [κατὰ τούτου] ἡ τῆς κλοπῆς ἀγωγή, ἂν ὁ δοῦλος τὰ ληφθέντα χρήματα ἐσφετερίσθη.

39 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ἐὰν δοῦλος πολλῶν διέπραξε κλοπήν, πάντες δὲ δολίως ἔκαμαν, ὥστε νὰ μὴ ἔχωσιν αὐτὸν ἐν τῇ ἐξουσίᾳ, δέον ὁ πραίτωρ νὰ ἀκολουθῇ τὴν τοῦ ἀστικοῦ δικαίου ἀγωγήν, καὶ νὰ δίδῃ τὴν πραιτωρικὴν ἀγωγήν, ἣν ἐκ τοῦ λόγου τούτου ὑπισχνεῖται, κατ' ἐκείνου, ὃν ὁ ἐνάγων ἤθελεν ἐκλέξει· διότι δὲν πρέπει νὰ παρέχῃ εἰς τὸν ἐνάγοντα περισσότερον, παρὰ τῆς ἀντὶ τῆς βλάβης ἐκδόσεως παραλειπομένης νὰ δύνηται νὰ ἐγείρῃ ἀγωγὴν κατ' ἐκείνου, καθ' οὗ θὰ ἠδύνατο νὰ ἐνεργήσῃ διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς βλάβης, 1 ἐὰν ὁ δοῦλος ἐπεδείκνυετο. Ὅστις ἀλλότριον δοῦλον ὁμολογεῖ ὅτι εἶνε ἴδιος, καίτοι ἐνέχεται ἐκ τῆς ἀγωγῆς τῆς βλάβης, οὐδὲν ἧττον μετὰ διάγνωσιν τοῦ λόγου ὀφείλει νὰ παρέχῃ ἀσφάλειαν [περὶ καταβολῆς τοῦ δεδικασμένου]· ὅστις ὅμως ἕνεκεν [ἰδίου] δούλου ἐνάγεται, δὲν ἐπιβαρύνεται δι' ἀσφαλείας, διότι δὲν προσφέρει ἑαυτὸν εἰς ὑ- 2 περάσπισιν ἀλλοτρίου δούλου. Ἐάν τις λέγῃ ὅτι ὁ κύριος δολίως ἔκαμεν, ὥστε ὁ δοῦλος νὰ μὴ εἶνε ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ, ἐκεῖνος ὅμως διισχυρίζεται ὅτι ὁ δοῦλος ὑπερασπίζεται παρ' ἑτέρου μετ' ἰκανοδοσίας, θέλει λάβει χώραν ἡ τοῦ δόλου ἔνστασις [κατὰ τοῦ

3 li exceptioni locus erit. Sed et si post judicium acceptum cum domino servus apparuerit et, quia non defendebatur, ductus sit, exceptione doli mali posita dominus 4 absolvetur. Set et mortuo servo antequam judicium accipiatur, omnino hac actione non tenebitur dominus.

40 *IDEM* Si servus legatus ante aditam hereditatem rem heredis futuri subtraxerit, poterit is cum legatario qui legatum agnoverit furti agere: sed si idem servus hereditariam rem subtraxerit, furti actio cessabit, quia huiusmodi rerum furtum non fit: ad exhibendum autem actio competit.

41 *IDEM* Cum servus communis alteri dominorum damnum iniuria dedit, idcirco legis Aquiliae actio non est, quia, si extraneo damnum dedisset, cum altero in solidum lege Aquilia agi posset: sicuti, cum servus communis furtum fecerit, cum altero domino furti agi non potest, sed communi dividundo agi potest.

42 *ULPIANUS* Si ad libertatem proclamaverit is cujus nomine noxale judicium susceptum est, sustineri debet id judicium, quoad de statu ejus judicetur: et sic, si quidem servus fuerit pronuntiatus, noxale judicium exercebitur, si li-

1 ber, inutile videbitur. Si quis pro servo mortuo ignorans eum decessisse noxale judicium accepe-

3 ἐνάγοντος]. Ἀλλὰ καὶ ἂν μετὰ τὴν ἀποδοχὴν τῆς δίκης κατὰ τοῦ κυρίου ὁ δοῦλος ἐνεφανίσθη, καὶ ἐπειδὴ δὲν ὑπερησπίζετο ἀπήχθη, ὁ κύριος προβάλλων τὴν τοῦ δόλου ἔνστασιν θέλει ἀ-
4 παλλαγῆ. Ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντος τοῦ δούλου πρὸ τῆς ἀποδοχῆς τῆς δίκης ἐξάπαντος δὲν ἐνέχεται ἐκ τῆς ἀγωγῆς ταύτης ὁ κύριος.

40 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν δοῦλος κληροδοτηθεὶς πρὸ ὑπεισελεύσεως εἰς τὴν κληρονομίαν ἔκλεψε πρᾶγμα τοῦ μέλλοντος κληρονόμου, θέλει δύνασθαι οὗτος νὰ ἐγείρῃ τὴν ἀγωγὴν τῆς κλοπῆς κατὰ τοῦ κληροδόχου, ὅστις ἀπεδέχθη τὴν κληροδοσίαν. ἀλλ' ἐὰν ὁ αὐτὸς δοῦλος ἔκλεψε πρᾶγμα κληρονομιαῖον ἀργεῖ ἡ τῆς κλοπῆς ἀγωγή, διότι τοιούτων πραγμάτων κλοπὴ [κυρίως] δὲν ὑπάρχει· ἁρμόζει ὅμως ἡ πρὸς παράστασιν ἀγωγή.

41 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν δοῦλος κοινὸς ἐποίησεν εἰς τὸν ἕτερον τῶν κυρίων ἄδικον βλάβην, δὲν ἐγείρεται ἐκ τούτου ἡ τοῦ Ἀκουϊλίου νόμου ἀγωγή, διότι ἐὰν ἐποίει βλάβην εἰς ἐξωτικόν, θὰ ἠδύνατο νὰ ἐγερθῇ κατὰ τοῦ ἑνὸς [τῶν κυρίων] ἡ τοῦ Ἀκουϊλίου νόμου ἀγωγὴ *δι' ὁλόκληρον*· ὡσαύτως ἐὰν δοῦλος κοινὸς διέπραξε κλοπήν, δὲν δύναται νὰ ἐγερθῇ κατὰ τοῦ ἑτέρου κυρίου ἡ ἀγωγὴ τῆς κλοπῆς, ἀλλὰ ἡ τῆς διαιρέσεως κοινοῦ [πράγματος].

42 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν ἐπικαλεσθῇ τὴν ἐλευθερίαν ἐκεῖνος, ἕνεκα τοῦ ὁποίου ἐγένετο ἀποδεκτὴ ἡ τῆς βλάβης ἀγωγή, δέον νὰ σταματᾷ ἡ δίκη μέχρις οὗ γείνῃ ἡ κρίσις περὶ τῆς καταστάσεως ἐκείνου· καὶ οὕτως, ἂν μὲν κριθῇ δοῦλος, θέλει ἐνεργηθῆ ἡ τῆς βλάβης ἀγωγή, ἂν δ' ἐλεύθερος, θέλει
1 θεωρηθῆ ἀνωφελής. Ἐάν τις ὑπὲρ δούλου ἀποθανόντος ἀγνοῶν ὅτι ἀπέθανεν ἀπεδέχθη ἀγωγὴν τῆς βλάβης, δέον

rit, absolvi debet, quia desiit verum esse propter eum dare oportere. 2 Hae actiones perpetuae sunt locumque habebunt tamdiu, quamdiu servi dedendi facultatem habenus: nec tantum nobis, verum etiam successoribus nostris competent, item adversus successores, sed non quasi in successores, sed jure dominii. proinde et si servus ad alium pervenisse proponatur, jure dominii noxali judicio novus dominus convenietur.

43 *POMPONIUS* Servi, quorum noxa caput sequitur, ibi defendendi sunt, ubi deliquisse arguentur: itaque servos dominus eodem loco exhibere debet, ubi vim intulisse dicentur et carere omnium dominio potest, si eos non defendat.

ν' ἀπολύηται, διότι ἔπαυσε νὰ εἶνε ἀληθὲς ὅτι ἕνεκεν ἐκείνου πρέπει νὰ δώσῃ. 2 Αἱ ἀγωγαὶ αὗται εἶνε διηνεκεῖς, καὶ θέλουσι λαμβάνει χώραν ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον εἶνε εἰς ἡμᾶς δυνατὴ ἡ ἔκδοσις τοῦ δούλου· οὐχὶ δὲ μόνον εἰς ἡμᾶς ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους διαδόχους ἁρμόζουσιν, ὡσαύτως ἐναντίον τῶν διαδόχων, ὅμως οὐχὶ ὡς ἐναντίον *διαδόχων*, ἀλλὰ λόγῳ *κυριότητος*. ὡς καὶ ἂν δοῦλος λέγηται ὅτι περιῆλθεν εἰς ἕτερον, λόγῳ τῆς κυριότητος ὁ νέος κύριος ἐνέχεται ἐκ τῆς ἀγωγῆς τῆς βλάβης.

43 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Οἱ δοῦλοι, ὧν τὸ πλημμέλημα τὴν κεφαλὴν ἀκολουθεῖ, ἐκεῖ δέον νὰ ὑπερασπίζωνται, ὅπου λέγηται ὅτι ἐπλημμέλησαν· ὅθεν ὁ κύριος δέον νὰ παραστήσῃ τοὺς δούλους ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ἔνθα λέγονται ὅτι ἐπήγαγον βίαν, δύναται δὲ νὰ στερηθῇ τῆς κυριότητος πάντων, ἐὰν μὴ ὑπερασπίζῃ αὐτούς

## LIBER DECIMUS

### I. [1]

### Finium regundorum.

1 *PAULUS* Finium regundorum actio in personam est, licet pro vindicatione rei est.

2 *ULPIANUS* Haec actio pertinet ad praedia rustica, quamvis aedificia interveniant: neque enim

(1) Κωδ. (3.39)—Βασ. (ΝΗ'.Θ'.)

## ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ

### 1.

### Περὶ διορισμοῦ ὁρίων.

1 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἡ περὶ διορισμοῦ ὁρίων ἀγωγὴ εἶνε προσωπική, καίτοι πρὸς διεκδίκησιν πράγματος ὑπάρχει.

2 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἡ προκειμένη ἀγωγὴ ἀποβλέπει εἰς τὰ ἀγροτικὰ κτήματα, καὶ ἂν οἰκοδομήματα μεσολαβῶσι· διότι δὲν διαφέρει πολύ, ἂν τις

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

multum interest, arbores quis in
1 confinio an aedificium ponat. Judici finium regundorum permittitur, ut, ubi non possit dirimere fines, adjudicatione controversiam dirimat: et si forte amovendae veteris obscuritatis gratia per aliam regionem fines dirigere judex velit, potest hoc facere per adjudicationem et condemnationem.

3 *GAIUS* Quo casu opus est, ut ex alterutrius praedio alii adjudicandum sit, quo nomine[1] is cui adjudicatur in vicem pro eo quod ei adjudicatur certa pecunia condemnandus est.

4 *PAULUS* Sed et loci unius controversia in partes res scindi adjudicationibus potest, prout cujusque dominium in eo loco judex

1 compererit. In judicio finium regundorum etiam ejus ratio fit quod interest. quid enim si quis aliquam utilitatem ex eo loco percepit, quem vicini esse appareat? non inique damnatio eo nomine fiet. sed et si mensor ab altero solo conductus sit, condemnatio erit facienda ejus, qui non conduxit, in
2 partem mercedis. Post litem autem contestatam etiam fructus venient in hoc judicio: nam et culpa et dolus exinde praestantur: sed ante judicium percepti non omnimodo hoc in judicium venient[2]: aut enim bona fide percepit, et lucrari eum oportet, si eos consumpsit, aut mala fide, et condici oportet.

3 Sed et si quis judici non pareat

(1) διαγρ. (Mo.)—(2) non venient omnimodo hoc in judicium (Mo.)

δένδρα ἢ οἰκοδόμημα θέτῃ ἐν τῷ συν-
1 όρῳ. Εἰς τὸν περὶ διορισμοῦ ὁρίων δικαστὴν ἐπιτρέπεται, ὅταν δὲν δύναται νὰ διορίσῃ τὰ [ἀληθῆ] ὅρια, νὰ λύσῃ τὴν ἔριδα δι' ἐπιδικάσεως· ἐὰν λοιπὸν πρὸς ἄρσιν παλαιᾶς ἀσαφείας θέλῃ τυχὸν ὁ δικαστὴς νὰ θέσῃ τὰ ὅρια δι' ἄλλου μέρους, δύναται νὰ κάμῃ τοῦτο δι' ἐπιδικάσεως καὶ καταδίκης.

3 *ΓΑΪΟΣ* Ἐν τῇ περιπτώσει ταύτῃ εἶνε ἀνάγκη, ὡς ἐπιδικάζεται εἰς τὸν ἕνα [μέρος] ἐκ τοῦ κτήματος τοῦ ἑτέρου, καὶ ἐκεῖνος ἐξ ἑτέρου, εἰς ὃν ἐπιδικάζεται, νὰ καταδικάζηται χάριν τοῦ ἐπιδικαζομένου εἰς ὡρισμένον χρηματικὸν ποσόν.

4 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ ἑνὸς τόπου ἔρις δύναται δι' ἐπιδικάσεων νὰ ἐπενέγκῃ εἰς μέρη διαίρεσιν, ὡς ὁ δικαστὴς ἤθελε διαγνώσει περὶ τῆς ἐπὶ τοῦ τόπου ἐκείνου κυριότητος ἑκάστου.
1 Ἐπὶ τῆς περὶ διορισμοῦ ὁρίων ἀγωγῆς καὶ τὸ διαφέρον λαμβάνεται ὑπ' ὄψιν. διότι τί [θὰ συμβῇ] ἐάν τις ἔσχεν ὠφέλειάν τινα ἐκ τοῦ τόπου ἐκείνου, ὅστις ἀπεδείχθη ὅτι εἶνε τοῦ γείτονος; οὐχὶ ἀδίκως θέλει λάβει χώραν καταδίκη διὰ τοῦτο. ἀλλὰ καὶ ἂν γεωμέτρης ἐμισθώθη ὑπὸ τοῦ ἑνὸς μόνου, ὁ μὴ μισθώσας θέλει καταδικασθῆ εἰς μέ-
2 ρος τοῦ μισθοῦ. Μετὰ κάταρξιν δὲ τῆς δίκης καὶ οἱ καρποὶ περιλαμβάνονται ἐν τῇ ἀγωγῇ ταύτῃ· διότι καὶ πταῖσμα καὶ δόλος ἔκτοτε ὑπολογίζονται· ἀλλ' οἱ συλλεχθέντες πρὸ τῆς δίκης δὲν συμπεριλαμβάνονται ἐξάπαντος ἐν τῇ ἀγωγῇ· διότι [ὁ ἀντίθετος] συνέλεξεν [αὐτοὺς] ἢ καλῇ τῇ πίστει, ὅτε καταναλώσας αὐτοὺς δέον νὰ ὠφελῆται, ἢ κακῇ τῇ πίστει, ὅτε δέον νὰ ἐ-
3 νάγηται. Ἀλλὰ καὶ ἄν τις μὴ ὑπακούσῃ εἰς τὸν δικαστήν, ὥστε ν' ἀποκόψῃ δένδρον ἢ καταλύσῃ οἰκοδόμημα

in succidenda arbore vel aedificio in fine posito deponendo parteve 4 ejus, condemnabitur. Si dicantur termini deiecti vel exarati, judex, qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest. 5 Si alter fundus duorum, alter trium sit, potest judex uni parti adjudicare locum de quo quaeritur, licet plures dominos habeat, quoniam magis fundo quam personis adjudicari fines intelleguntur: hic autem cum fit adjudicatio pluribus, unusquisque portionem habebit, quam in fundo habet, et pro

6 indiviso qui communem fundum habent, inter se non condemnantur: neque enim inter ipsos

7 accipi videtur judicium. Si communem fundum ego et tu habemus et vicinum fundum ego solus, an finium regundorum judicium accipere possumus? et scribit Pomponius non posse nos accipere, quia ego et socius meus in hac actione adversarii esse non possumus, sed unius loco habemur. idem Pomponius ne utile quidem judicium dandum dicit, cum possit, qui proprium habeat, vel communem vel proprium fundum alienare et sic

8 experiri. Non solum autem inter duos fundos, verum etiam inter tres pluresve fundos accipi judicium finium regundorum potest: ut puta singuli plurium fundorum confines sunt, trium forte vel quat-
9 tuor. Finium regundorum actio et in agris vectigalibus et inter eos qui usum fructum habent vel

ἐπὶ τοῦ ὁρίου τεθειμένον, ἢ μέρος αὐ-
4 τοῦ, θέλει καταδικάζεσθαι. Ἐὰν λέγηται ὅτι ὅροι κατερρίφθησαν ἢ ἀπεσπάσθησαν, ὁ δικαστής, ὅστις διαγινώσκει περὶ τοῦ ἐγκλήματος, δύναται νὰ διαγνώσῃ καὶ περὶ τῶν ὁρίων. 5 Ἐὰν ὁ μὲν εἷς ἀγρὸς ἀνήκῃ εἰς δύω, ὁ δ' ἕτερος εἰς τρεῖς, δύναται ὁ δικαστὴς νὰ ἐπιδικάσῃ εἰς τὴν μίαν ὁμάδα τὸν τόπον περὶ οὗ πρόκειται, καίτοι ἔχει πολλοὺς κυρίους, διότι μᾶλλον εἰς τὸν ἀγρὸν παρὰ εἰς τὰ πρόσωπα θεωροῦνται τὰ ὅρια ὅτι ἐπιδικάζονται· ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ γίνεται ἡ ἐπιδίκασις εἰς πολλούς, ἕκαστος θέλει ἔχει τὸ μερίδιον, ὅπερ ἐπὶ τοῦ
6 ἀγροῦ ἔχει, ὅσοι δ' ἔχουσι κοινὸν ἀγρὸν ἀδιαιρέτως, δὲν καταδικάζονται πρὸς ἀλλήλους. διότι ἡ ἀγωγὴ δὲν θεωρεῖται ὅτι λαμβάνει χώραν μεταξὺ
7 αὐτῶν τούτων. Ἐὰν ἐγὼ καὶ σὺ ἔχωμεν ἀγρὸν κοινόν, ἐγὼ δὲ μόνος ἀγρὸν γειτονικόν, δυνάμεθα ἆράγε νὰ ἐγείρωμεν τὴν περὶ διορισμοῦ ὁρίων ἀγωγήν; γράφει λοιπὸν ὁ Πομπώνιος ὅτι δὲν δυνάμεθα ἡμεῖς νὰ ἐγείρωμεν, διότι ἐγὼ καὶ ὁ κοινωνός μου ἐν τῇ ἀγωγῇ ταύτῃ δὲν δυνάμεθα νὰ ὦμεν ἀντίθετοι, ἀλλ' ἀντὶ ἑνὸς θεωρούμεθα. ὁ αὐτὸς Πομπώνιος λέγει ὅτι μηδ' ὠφέλιμος ἀγωγὴ δέον νὰ δίδηται, διότι δύναται ὁ ἔχων τὸν ἴδιον [ἀγρὸν] ν' ἀπαλλοτριώσῃ εἴτε τὴν ἐπὶ τοῦ κοινοῦ [μερίδα του] ἢ τὸν ἴδιον ἀγρόν, καὶ
8 οὕτω νὰ ἐναγάγῃ. Ὄχι δὲ μόνον μεταξὺ δύω ἀγρῶν, ἀλλὰ καὶ μεταξὺ τριῶν ἢ πλειοτέρων ἀγρῶν δύναται νὰ λάβῃ χώραν ἡ περὶ διορισμοῦ ὁρίων ἀγωγή. ὡς λ. χ. εἰς ἀγρὸς συνορεύει μετὰ πολλῶν, τριῶν τυχὸν ἢ τεσσά-
9 ρων. Ἡ περὶ διορισμοῦ ὁρίων ἀγωγὴ δύναται ν' ἁρμόζῃ καὶ ὡς πρὸς ἀγροὺς ἐμφυτευτικοὺς καὶ μεταξὺ τῶν ἐχόντων χρησικαρπίαν, ἢ τοῦ χρησιούχου

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

fructuarium[1] et dominum proprietatis vicini fundi et inter eos qui jure pignoris possident competere
10 potest. Hoc judicium locum habet in confinio praediorum rusticorum: nam in confinio praediorum urbanorum displicuit, neque enim confines hi, sed magis vicini dicuntur et ea communibus parietibus plerumque disterminantur. et ideo et si in agris aedificia juncta sint, locus huic actioni non erit: et in urbe hortorum latitudo contingere potest, ut etiam finium regun-
11 dorum agi possit. Sive flumen sive via publica intervenit, confinium non intellegitur, et ideo finium regundorum agi non potest,

(1) usuarium (σ.μ.)

5 *IDEM* quia magis in confinio meo via publica vel flnmen sit quam ager vicini.

6 *IDEM* Sed si rivus privatus intervenit, finium regundorum agi potest.

7 *MODESTINUS* De modo agrorum arbitri dantur et is, qui majorem locum in territorio habere dicitur, ceteris, qui minorem locum possident, integrum locum adsignare compellitur: idque ita rescriptum est.

8 *ULPIANUS* Si irruptione fluminis fines agri confudit inundatio ideoque usurpandi quibusdam loca, in quibus ius non habent occasionem praestat, praeses provinciae alieno eos abstinere et domino suum restitui terminosque per

καὶ τοῦ κυρίου τῆς ἰδιοκτησίας γειτονικοῦ ἀγροῦ, καὶ μεταξὺ ἐκείνων, οἵτινες δικαιώματι ἐνεχύρου κατέχουσιν.
10 Ἡ προκειμένη ἀγωγὴ λαμβάνει χώραν ἐπὶ συνορευόντων κτημάτων ἀγροτικῶν· διότι ἐπὶ συνορευόντων κτημάτων ἀστικῶν ἀπήρεσεν, ἀφοῦ οὐδὲ λέγονται ταῦτα συνορεύοντα, ἀλλὰ μᾶλλον γειτνιάζοντα, καὶ διὰ τοίχων κοινῶν συνήθως διαχωρίζονται. διὰ τοῦτο λοιπὸν καὶ ἂν ἐν ἀγροῖς ὑπάρχωσιν οἰκοδομήματα ἡνωμένα, ἡ προκειμένη ἀγωγὴ δὲν θὰ λάβῃ χώραν· [ὅμως] καὶ ἐν τῇ πόλει ἡ εὐρύτης τῶν κήπων δύναται νὰ ἐπενέγκῃ, ὥστε νὰ εἶνε δυνατὴ καὶ ἡ ἔγερσις τῆς περὶ δι-
11 ορισμοῦ ὁρίων ἀγωγῆς. [Ἐὰν] εἴτε ποταμὸς εἴτε ὁδὸς δημοσία μεσολαβῇ, δὲν θεωρεῖται ὅτι [τὰ κτήματα] συνορεύουσι, καὶ διὰ τοῦτο δὲν δύναται νὰ ἐγερθῇ ἡ περὶ διορισμοῦ ὁρίων ἀγωγή,

5 *Ο ΑΥΤΟΣ* διότι μᾶλλον ἡ δημοσία ὁδὸς ἢ ὁ ποταμὸς συνορεύει μετὰ [τοῦ κτήματός] μου, παρὰ ὁ ἀγρὸς τοῦ γείτονος.

6 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἀλλ' ἐὰν ῥυάξ ἰδιωτικὸς μεσολαβῇ, δύναται νὰ ἐγερθῇ ἡ περὶ διορισμοῦ ὁρίων ἀγωγή.

7 *ΜΟΔΕΣΤΙΝΟΣ* Περὶ τοῦ μέτρου τῶν ἀγρῶν δίδονται διαιτηταί, καὶ ἐκεῖνος, ὅστις λέγεται ὅτι κατέχει ἐπὶ τοῦ ἐδάφους τόπον μεγαλείτερον [τοῦ ἀνήκοντος], ἀναγκάζεται νὰ παραδώσῃ εἰς τοὺς λοιπούς, οἵτινες κατέχουσι τόπον μικρότερον, ἀκέραιον [τὸν ἀνήκοντα] τόπον· τοῦτο δὲ οὕτως ἀντεπεστάλη.

8 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν ἐξ ἐπιφορᾶς ποταμοῦ ἡ πλημμύρα συνέχεσε τὰ ὅρια ἀγροῦ, τοῦτο δ' ἔδωκεν εἴς τινας εὐκαιρίαν νὰ σφετερισθῶσι τόπους, ἐφ' ὧν δὲν ἔχουσι δικαίωμα, ὁ διοικητὴς τῆς ἐπαρχίας θέλει διατάξει αὐτοὺς ν' ἀπέχωσι τοῦ ἀλλοτρίου, καὶ ν' ἀποδώσω-

mensorem declarari jubet. Ad fficium de finibus cognoscentis ertinet mensores mittere et per os dirimere ipsam finium quaetionem ut aequum est, si ita res exgit, oculisque suis subiectis locis[1].

9 *JULIANUS* Judicium finium egundorum manet, quamvis socii ommuni dividundo egerint vel lienaverint fundum.

10 *IDEM* Judicium communi didundo, familiae erciscundae, fium regundorum tale est, ut in o singulae personae duplex ius abeant agentis et ejus quocum gitur.

11 *PAPINIANUS* In finalibus uaestionibus vetera monumenta[2] ensus auctoritas ante litem inhoatam ordinati sequenda est, mo o si non varietate successionum t arbitrio possessorum fines aditis vel detractis agris postea perutatos probetur.

12 *PAULUS* Eos terminos, quanm ad dominii quaestionem pernet, observari oportere fundorum, uos demonstravit is, qui utriusue praedii dominus fuit, cum alerum eorum venderet: non enim ermini, qui singulos fundos sepabant, observari debent, sed deonstrafio adfinium novos fines ter fundos constituere.

13 *GAIUS* Sciendum est in acone finium regundorum illud ob-

σιν εἰς τὸν κύριον τὸ ἴδιον, νὰ δηλω-
θῶσι δὲ οἱ ὅροι διὰ γεωμέτρου. Εἰς τὸ καθῆκον δὲ τοῦ περὶ ὁρίων διαγινώσκοντος ἀνάγεται νὰ πέμψῃ γεωμέτρας, καὶ δι' αὐτῶν νὰ λύσῃ αὐτὸ τὸ περὶ ὁρίων ζήτημα ὡς εἶνε ἴσον, ὑποβάλλων τοὺς τόπους εἰς αὐτοψίαν, ἐὰν τοῦτο ἡ περίστασις ἀπαιτῇ.

9 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ἡ περὶ διορισμοῦ ὁρίων ἀγωγὴ μένει, καὶ ἂν οἱ [ἐναγόμενοι] κοινωνοὶ ἤγειρον τὴν περὶ διαιρέσεως κοινοῦ ἀγωγήν, ἢ ἀπηλλοτρίωσαν τὸν ἀγρόν.

10 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἡ περὶ διαιρέσεως κοινοῦ ἀγωγή, ἡ περὶ διανομῆς κληρονομίας, ἡ περὶ διορισμοῦ ὁρίων εἶνε τοιαύτη, ὥστε κατ' αὐτὴν ἕκαστον πρόσωπον ἔχει διπλῆν ἰδιότητα, ἐνάγοντος δηλ. καὶ ἐναγομένου.

11 *ΠΑΠΙΝΙΑΝΟΣ* Ἐπὶ τῶν περὶ ὁρίων ζητημάτων ὅταν παλαιὰ μνημεῖα ἐλλείπωσι, δέον νὰ ἀκολουθῆται ἡ αὐθεντία τῆς τελευταίας ἀπογραφῆς, ἥτις πρὸ κατάρξεως τῆς δίκης ἐγένετο, ἀρκεῖ νὰ μὴ ἀποδεικνύηται ὅτι διὰ τῆς ποικιλίας τῶν διαδοχῶν καὶ τῆς βουλήσεως τῶν κατόχων τὰ ὅρια μετεβλήθησαν μεταγενεστέρως διὰ προσθήκης ἢ ἀφαιρέσεως ἀγρῶν.

12 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὡς πρὸς τὸ ζήτημα τῆς κυριότητος, ἐκεῖνοι οἱ ὅροι τῶν ἀγρῶν δέον νὰ τηρῶνται, οὓς ὑπέδειξεν ἐκεῖνος, ὅστις ἦτο κύριος ἑκατέρου κτήματος, ὅτε ἐπώλει τὸ ἕν ἐκ τούτων. διότι δὲν πρέπει νὰ τηρῶνται οἱ ὅροι, οἵτινες [ἄλλοτε] ἐχώριζον τοὺς κατ' ἰδίαν ἀγρούς, ἀλλ' ἡ ὑπόδειξις τῶν συνορευόντων προσδιορίζει νέα ὅρια μεταξὺ τῶν ἀγρῶν.

13 *ΓΑΪΟΣ* Δέον νὰ γνωσθῇ, ὅτι ἐπὶ τῆς περὶ διορισμοῦ ὁρίων ἀγωγῆς πρέπει νὰ τηρῆται ἐκεῖνο, ὅπερ λέγεται ὅτι ἐγράφη καθ' ὑπόδειγμα τρόπον τινὰ τοῦ νόμου, ὃν ὁ Σόλων λέγεται ὅτι ἔ-

(1) oculisque suis subj. locis, si ita res igit (Mo.) — (2) ubi deficiunt, proximi osθ. (Mo.)

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

servandum esse, quod ad exemplum quodammodo ejus legis scriptum est, quam Athenis Solonem dicitur tulisse: nam illic ita est: ἐάν τις αἰμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν· ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολείπειν· ἐᾶν δὲ οἴκημα, δύο πόδας. ἐὰν δὲ τάφον[1] ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον[2] τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν· ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν. ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν, τὰ δὲ ἄλλα δένδρα πέντε πόδας.

θηκεν ἐν Ἀθήναις· διότι ἐκεῖ ὑπάρχει ὡς ἐξῆς: ἐάν τις ὀρύττῃ [ὅπως κτίσῃ] μάνδραν πλησίον ἀλλοτρίου τόπου, νὰ μὴ ὑπερβαίνῃ τὸ σύνορον· ἐὰν τοῖχον, ν' ἀφίνῃ [διάστημα] ποδός· ἐὰν δὲ οἴκημα, δύω πόδας· ἐὰν δ' ὀρύττῃ τάφρον ἢ βόθρον, ν' ἀφίνῃ τόσον [διάστημα] ὅσον εἶνε τὸ βάθος· ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν· ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν νὰ φυτεύῃ τις ἐννέα πόδας μακρὰν τοῦ ἀλλοτρίου τόπου, τὰ δὲ ἄλλα δένδρα πέντε πόδας.

## II[3].

## Familiae erciscundae.

1 *GAIUS* Haec actio proficiscitur e lege duodecim tabularum: namque coheredibus volentibus a communione discedere necessarium videbatur aliquam actionem constitui, qua inter eos res hereditariae distribuerentur. Quae quidem actio nihilo minus ei quoque ipso jure competit, qui suam partem son possidet: sed si is qui possidet neget eum sibi coheredem esse, potest eum excludere per hanc exceptionem «si in ea re, qua de agitur, praejudicium hereditati non fiat». quod si possideat eam partem, licet negetur esse coheres, non nocet talis exceptio: quo fit, ut eo casu ipse judex, apud quem hoc judicium agitur, cognoscat, an coheres sit: nisi enim coheres sit, neque adjudicari quicquam ei oportet neque adversarius ei condemnandus est.

(1) τάφρον — (2) ἂν προσθ. (Mo.)
(3) Κωδ. (3.36) — Βασ. (ΜΒ'.Γ'.)

## 2.

## Περὶ διανομῆς κληρονομίας.

1 *ΓΑΪΟΣ* Ἡ προκειμένη ἀγωγὴ πηγάζει ἐκ τοῦ δωδεκαδέλτου νόμου· διότι τῶν συγκληρονόμων ἐπιθυμούντων νὰ χωρισθῶσι τῆς κοινωνίας, ἐθεωρήθη ἀναγκαῖον νὰ ὁρισθῇ ἀγωγή τις, δι' ἧς νὰ διανέμωνται μεταξύ των τὰ κληρονομιαῖα πράγματα. Αὕτη ἡ ἀγωγὴ ἁρμόζει μὲν οὐδὲν ἧττον αὐτοδικαίως καὶ εἰς ἐκεῖνον, ὅστις δὲν νέμεται τὴν ἰδίαν μερίδα· ἀλλ' ἐὰν ὁ νεμόμενος ἀρνῆται ὅτι ἐκεῖνος εἶνε συγκληρονόμος του, δύναται νὰ τὸν ἀποκλείσῃ διὰ τῆς ἐξῆς ἐνστάσεως «ἐὰν μὴ ἐν τῇ προκειμένῃ [περὶ διανομῆς] ὑποθέσει γίνηται πρόκριμα εἰς τὴν κληρονομίαν.» Ἂν ὅμως νέμηται τὴν μερίδα, καίτοι τῷ ἀρνοῦνται τὴν ἰδιότητα τοῦ συγκληρονόμου, δὲν βλάπτει ἡ τοιαύτη ἔνστασις· ἐξ οὗ γίνεται ὥστε ἐν τοιαύτῃ περιπτώσει ὁ αὐτὸς δικαστής, ἐνώπιον τοῦ ὁποίου ἐγείρεται ἡ [περὶ διανομῆς] ἀγωγή, διαγινώσκει [καὶ περὶ τοῦ] ἂν εἶνε συγκληρονόμος· διότι ἂν μὴ εἶνε συγκληρονόμος, μήτε νὰ ἐπιδικάζηταί τι εἰς αὐτὸν πρέπει, μήτε ὁ ἀντίθετος νὰ καταδικάζηται ἀπέναντι αὐτοῦ.

2 *ULPIANUS* Per familiae erciscundae actionem dividitur hereditas, sive ex testamento sive ab intestato, sive ex lege duodecim tabularum sive ex aliqua lege deferatur hereditas vel ex senatus consulto vel etiam constitutione: et generaliter eorum dumtaxat dividi hereditas potest, quorum peti

1 potest hereditas. Si quarta ad aliquem ex constitutione divi Pii adrogatum deferatur, quia hic neque heres neque bonorum possessor fit, utile erit familiae erciscun-

2 dae judicium necessarium: Item si filii familias militis peculium sit. fortius defendi potest hereditatem effectam per constitutiones,

3 et ideo hoc judicio locus erit. In familiae erciscundae judicio unusquisque heredum et rei et actoris 4 partes sustinet. Dubitandum autem non est, quin familiae erciscundae judicium et inter pauciores heredes ex pluribus accipi possit.

5 In hoc judicium etsi nomina non veniunt, tamen, si stipulationes interpositae fuerint de divisione eorum, ut stetur ei et ut alter alteri mandet actiones procuratoremque eum in suam rem faciat, stabitur divisioni.

3 *GAIUS* Plane ad officium judicis nonnumquam pertinet, ut debita et credita singulis pro solido aliis alia adtribuat, quia saepe et solutio et exactio partium non minima incommoda habet. nec ta-

2 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Διὰ τῆς περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγῆς διαιρεῖται ἡ κληρονομία, εἴτε ἐκ διαθήκης, εἴτε ἐξ ἀδιαθέτου, εἴτε ἐκ τοῦ δωδεκαδέλτου νόμου, εἴτε ἐξ ἄλλου νόμου ἐπάγεται ἡ κληρονομία, εἴτε ἐκ συγκλητικοῦ δόγματος, εἴτε καὶ διατάξεως [αὐτοκρατορικῆς]· καὶ γενικῶς ἐκείνων μόνον δύναται νὰ διαιρεθῇ ἡ κληρονομία, οἵτινες ἔχουσι τὴν περὶ κληρονομίας ἀγω-1 γήν. Ἐὰν τὸ τέταρτον ἐπάγηται ἐκ τῆς διατάξεως τοῦ αὐτοκράτορος Πίου εἴς τινα υἱοποιηθέντα, ἐπειδὴ οὗτος οὔτε κληρονόμος οὔτε περιουσίας διακάτοχος γίνεται, θέλει εἶσθαι ἀναγκαία ὠφέλιμος περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγή. 2 Ὡσαύτως ἐὰν ὑπάρχῃ χρημάτιον ὑπεξουσίου υἱοῦ στρατιώτου, δύναταί τις ἰσχυρότερον νὰ εἴπῃ ὅτι διὰ τῶν διατάξεων κατέστη [τοῦτο] κληρονομία, καὶ διὰ τοῦτο θέλει λάβει χώραν 3 ἡ προκειμένη ἀγωγή. Ἐν τῇ περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγῇ ἕκαστος τῶν κληρονόμων ἐπέχει θεσιν καὶ ἐνα-4 γομένου καὶ ἐνάγοντος. Δὲν πρέπει δὲ νὰ ὑπάρχῃ ἀμφιβολία, ὅτι ἡ περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγὴ δύναται καὶ μεταξὺ ὀλίγων ἐκ πολλῶν κληρονόμων νὰ λάβῃ χώραν [τῶν ἄλλων ἀ-5 πόντων]. Ἐν τῇ προκειμένῃ ἀγωγῇ καίτοι αἱ πιστώσεις δὲν περιλαμβάνονται, ὅμως, ἐὰν ἔλαβον χώραν ἐπερωτήσεις, περὶ διαιρέσεως τούτων, ὥστε νὰ τηρηθῇ αὕτη, καὶ ὥστε νὰ ἀναθέσῃ ὁ εἷς εἰς τὸν ἕτερον τὰς ἀγωγὰς καθιστῶν αὐτὸν πληρεξούσιον εἰς πρᾶγμα ἐνδιαφέρον αὐτόν, — ἡ [τοιαύτη] διαίρεσις θέλει τηρηθῇ.

3 *ΓΑΪΟΣ* Βεβαίως εἰς τὸ καθῆκον τοῦ δικαστοῦ ἐνίοτε ἀνήκει, ὥστε τὰ χρέη καὶ τὰς πιστώσεις νὰ διανέμῃ εἰς ὁλόκληρον ἄλλας εἰς ἄλλους ἐκ τῶν κληρονόμων, διότι συχνὰ καὶ ἡ καταβολὴ καὶ ἡ εἴσπραξις μερῶν οὐχὶ μι-

men scilicet haec adtributio illud efficit, ut quis solus totum debeat vel totum alicui soli debeatur, sed ut, sive agendum sit, partim suo partim procuratorio nomine agat, sive cum eo agatur, partim suo partim procuratorio nomine conveniatur. nam licet libera potestas esse maneat creditoribus cum singulis experiundi, tamen et his libera potestas est suo loco substituendi eos, in quos onera actionis officio judicis translata sunt.

4 *ULPIANUS* Ceterae itaque res praeter nomina veniunt in hoc judicium. sin autem nomen uni ex heredibus legatum sit, judicio familiae erciscundae hoc heres con-

1 sequitur. Mala medicamenta et venena veniunt quidem in judicium, sed iudex omnino interponere se in his non debet: boni enim et innocentis viri officio eum fungi oportet: tantundem debebit facere et in libris improbatae lectionis, magicis forte vel his similibus. haec enim omnia protinus corrum-

2 penda sunt. Sed et si quid ex peculatu vel ex sacrilegio quaesitum erit vel vi aut latrocinio aut adgressura, hoc non divide-
3 tur. Sed et tabulas testamenti debebit aut apud eum, qui ex maiore parte heres est, iubere manere aut in aede deponi. nam et Labeo scribit vendita hereditate tabulas testamedti descriptas deponi oportere: heredem enim exemplum debere dare, tabulas vero authenticas ipsum re-

κρὰς ἔχει δυσχερείας. ἡ τοιαύτη δὲ διανομὴ δὲν ἐπιφέρει, ἐννοεῖται, τοῦτο, ὥστε τις *μόνος* νὰ ὀφείλῃ τὸ ὅλον, ἢ τὸ ὅλον εἷς τινα μόνον νὰ ὀφείληται, ἀλλὰ [ἐπέρχεται] ὥστε, εἴτε τις ἐνάγει, νὰ ἐνάγῃ ἐν μέρει μὲν ἐξ ἰδίου ὀνόματος, ἐν μέρει δ' ὡς πληρεξούσιος, εἴτε ἐνάγεται, νὰ ἐνάγηται ἐν μέρει ἐξ ἰδίου ὀνόματος, ἐν μέρει δ' ὡς πληρεξούσιος. διότι καίτοι πλήρη ἔχουσιν οἱ πιστωταὶ ἐξουσίαν νὰ ἐναγάγωσιν ἕκαστον [κληρονόμον], ὅμως καὶ οὗτοι δύνανται νὰ ὑποκαταστήσωσιν εἰς θέσιν ἑαυτῶν ἐκείνους, ἐφ' ὧν μετηνέχθησαν διὰ τοῦ δικαστοῦ τὰ βάρη τῆς ἀγωγῆς.

4 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Τὰ λοιπὰ πράγματα λοιπὸν ἐκτὸς τῶν πιστώσεων περιλαμβάνονται ἐν τῇ προκειμένῃ ἀγωγῇ. ἂν ὅμως πίστωσις ἐκληροδοτήθη εἰς ἕνα ἐκ τῶν κληρονόμων, διὰ τῆς περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγῆς θέλει λά-
1 βει ταύτην ὁ κληρονόμος. Κακὰ φάρμακα καὶ δηλητήρια περιλαμβάνονται μὲν ἐν τῇ ἀγωγῇ, ἀλλ' ὁ δικαστὴς δὲν πρέπει πάντως ν' ἀναμιγνύῃ ἑαυτὸν εἰς ταῦτα· ἀλλ' ὡς καλὸς καὶ ἀθῷος ἀνὴρ δέον ν' ἀσκῇ τὴν λειτουργίαν αὐτοῦ· τὸ αὐτὸ ὀφείλει νὰ ποιῇ καὶ ὡς πρὸς βιβλία, ὧν ἡ ἀνάγνωσις εἶνε ἀπηγορευμένη, τὰ μαγικὰ λ. χ. καὶ τὰ τοιαῦτα. διότι ταῦτα πάντα ἀμέσως δέον νὰ φθειρων-
2 ται. Ἀλλὰ καὶ ἂν τι ἐκ σφετερισμοῦ δημοσίων, ἢ ἐξ ἱεροσυλίας ἀπεκτήθη, ἢ διὰ βίας ἢ ληστείας, ἢ ἐφόδου, τοῦτο

3 δὲν θέλει διαιρεθῆ. Ἀλλὰ καὶ τὰς δέλτους τῆς διαθήκης ὀφείλει νὰ διατάσσῃ εἴτε νὰ μένωσι παρ' ἐκείνῳ, ὅστις εἶνε κληρονόμος κατὰ τὸ μεγαλείτερον μέρος, εἴτε νὰ κατατίθενται εἰς ναόν. διότι καὶ ὁ Λαβέων γράφει, ὅτι πωληθείσης τῆς κληρονομίας, αἱ δέλτοι τῆς διαθήκης ἀντιγραφόμεναι δέον νὰ κατατίθενται· ὁ κληρονόμος λοιπὸν

inere aut in aede deponere.

5 *GAIUS* Si quae sunt cautiones hereditariae, eas[1] judex curare debet ut apud eum maneant, qui maiore ex parte heres sit, ceteri descriptum et recognitum faciant, cautione interposita, ut, cum res exegerit, ipsae exhibeantur. si omnes isdem ex partibus heredes sint nec inter eos conveniat, apud quem potius esse debeant, sortiri eos oportet: aut ex consensu vel suffragio eligendus est amicus, apud quem deponantur: vel in aede sacra deponi debent.

(1) eae (Mo.)

6 *ULPIANUS* Nam ad licitationem rem deducere, ut qui licitatione vicit hic habeat instrumenta hereditaria, non placet neque mihi neque Pomponio.

7 *VENULEIUS* Si heres unus, cum sub condicione adiectum coheredem aut apud hostes haberet, fixerit se heredem esse et actione expertus vicerit, deinde condicio heredis exstiterit vel postliminio redierit, an victoriae commodum debeat cum eo communicare? nam indubitate judicati actio ei in solidum competit. et electionem coheredi dandam, id est aut communicandam eam aut experiundi faciendam potestatem huic, qui post victoriam coheredis effectus sit heres aut reversus sit in civitatem. idemque observandum, si postea natus sit postumus. non enim his personis silentium imputari potest,

ὀφείλει νὰ δίδῃ ἀντίγραφον, τὰς αὐθεντικὰς ὅμως δέλτους νὰ κρατῇ αὐτός, ἢ νὰ καταθέτῃ εἰς ναόν.

5 *ΓΑΪΟΣ* Ἐὰν ὑπάρχωσί τινα κληρονομιαῖα ὁμόλογα, δέον ὁ δικαστὴς νὰ φροντίζῃ νὰ μένωσι ταῦτα παρ' ἐκείνῳ, ὅστις εἶνε κληρονόμος κατὰ τὸ μεγαλείτερον μέρος,—οἱ δὲ λοιποὶ νὰ ποιῶσιν ἀντίγραφον καὶ ἀναμνηστήριον, —παρεχομένης ἀσφαλείας ὅτι, ἐὰν ἡ περίστασις ἀπαιτήσῃ, θέλουσιν ἐπιδειχθῇ αὐτὰ [τὰ πρωτότυπα]. ἂν δὲ πάντες εἶνε κληρονόμοι εἰς ταὐτὰ μέρη, μηδὲ ὑπάρχῃ μεταξὺ αὐτῶν συμφωνία, παρὰ τίνι μᾶλλον πρέπει νὰ ὦσι, δέον νὰ ῥίψωσι κλήρους, ἢ διὰ συναινέσεως εἴτε ψήφου δέον νὰ ἐκλεχθῇ φίλος, παρ' ᾧ νὰ κατατεθῶσιν· ἢ δέον νὰ κατατίθενται ἐν ἱερῷ ναῷ.

6 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Διότι τὸ νὰ γείνῃ πλειστηριασμός, ὥστε ὁ ἐν αὐτῷ νικήσας νὰ ἔχῃ τὰ κληρονομιαῖα ἔγγραφα, δὲν ἀρέσκει οὔτε εἰς ἐμέ, οὔτε εἰς τὸν Πομπώνιον.

7 *ΒΕΝΟΥΛΕΪΟΣ* Ἐὰν εἷς κληρονόμος, ἐνῷ ἔχει συγκληρονόμον ὑπὸ αἵρεσιν προστεθειμένον, ἢ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς [ὄντα], εἴπῃ ὅτι εἶνε αὐτὸς κληρονόμος, καὶ ἐναγαγὼν νικήσῃ, εἶτα δὲ πληρωθῇ ἡ αἵρεσις, ἢ [ὁ συγκληρονόμος] ὑποστρέψῃ, ὀφείλει ἆρά γε νὰ μερίσῃ μετὰ τούτου τὴν ὠφέλειαν τῆς νίκης;—διότι ἀναμφιβόλως ἡ τοῦ δεδικασμένου ἀγωγὴ ἁρμόζει εἰς μόνον ἐκεῖνον διὰ τὸ ὅλον·—πρέπει λοιπὸν νὰ δοθῇ εἰς τὸν [νικήσαντα] συγκληρονόμον ἡ ἐκλογή, ἢ δηλ. νὰ καταστήσῃ [τὸν ἕτερον] συμμέτοχον τῆς ὠφελείας, ἢ νὰ καταστήσῃ δυνατὴν τὴν ἔγερσιν ἀγωγῆς εἰς ἐκεῖνον, ὅστις μετὰ τὴν νίκην τοῦ συγκληρονόμου ἐγένετο κληρονόμος ἢ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν πολιτείαν. τὸ αὐτὸ δὲ πρέπει νὰ τηρῆται, ἐὰν κατόπιν ἐγεννήθη ἐπιγενής· διότι δὲν δύ-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

cum ad hereditatem post victoriam coheredis pervenerint.

8 *ULPIANUS* Romponius scribit, si uni ex heredibus praelegatae fuerint rationes, non prius ei tradendas, quam coheredes descripserint. nam et si servus actor, inquit, fuerit legatus, non alias eum tradendum, quam rationes reddiderit. nos videbimus, numquid et cautio sit interponenda, ut, quotiens desideratae fuerint rationes vel actor praelegatus, copia eorum fiat? plerumque enim authenticae rationes sunt necessariae actori[1] ad instruenda ea quae postea emergunt ad notitiam ejus spectantia. et necessarium est cautionem ab eo super

(1) actorve (Cuj.)

1 hoc coheredibus praestari. Idem Pomponius ait columbas, quae emitti solent de columbario, venire in familiae erciscundae judicium, cum nostrae sint tamdiu, quamdiu consuetudinem habeant ad nos revertendi: quare si quis eas adprehendisset, furti nobis competit actio. idem et in apibus dicitur, quia in patrimonio nostro computantur.

2 Sed et si quid de pecoribus nostris a bestia ereptum sit, venire in familiae erciscundae judicium putat, si feram evaserit: nam magis esse, ut non desinat nostrum esse, inquit, quod a lupo eripitur vel alia bestia, tamdiu, quamdiu ab eo non fuerit consumptum.

9 *PAULUS* Veniunt in hoc judi-

ναντα τὰ τοιαῦτα πρόσωπα νὰ κατακριθῶσιν ἐπὶ σιωπῇ, διότι μετὰ τὴν νίκην τοῦ συγκληρονόμου περιῆλθον εἰς τὴν κληρονομίαν.

8 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὁ Πομπώνιος γράφει, ἐὰν εἷς ἕνα ἐκ τῶν κληρονόμων προεκληροδοτήθησαν λογαριασμοί, δὲν πρέπει νὰ παραδίδωνται αὐτῷ, πρὶν ἢ ἀντιγράψωσιν [αὐτοὺς] οἱ συγκληρονόμοι. διότι καὶ ἂν δοῦλος πράκτωρ, λέγει, ἐκληροδοτήθη, δὲν θέλει παραδοθῇ παρὰ ἐὰν δώσῃ λογαριασμόν. ἡμεῖς δὲ ἂς ἴδωμεν, ἂν καὶ ἀσφάλεια πρέπῃ νὰ παρέχηται, ὥστε ὁσάκις ἤθελον ζητηθῇ οἱ λογαριασμοὶ ἢ ὁ προκληροδοτηθεὶς πράκτωρ, νὰ ἐμφανίζωνται· διότι πολλάκις εἶναι ἀναγκαῖοι οἱ αὐθεντικοὶ λογαριασμοί, ἢ ὁ πράκτωρ πρὸς διαφώτισιν τῶν κατόπιν ἀναφαινομένων, εἰς τὴν γνῶσιν δ' αὐτοῦ ἀναγομένων. εἶνε λοιπὸν ἀναγκαῖον νὰ παρέχηται ὑπ' ἐκείνου ἀσφάλεια εἰς τοὺς συγκληρονόμους ὡς πρὸς τοῦτο.

1 Ὁ αὐτὸς Πομπώνιος λέγει ὅτι αἱ περιστεραί, αἵτινες συνήθως ἀφίνωνται ν' ἀπέρχωνται ἐκ τοῦ περιστερεῶνος, περιλαμβάνονται ἐν τῇ περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγῇ, διότι εἶνε ἡμέτεραι ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον ἔχουσι τὴν συνήθειαν νὰ ἐπιστρέφωσι πρὸς ἡμᾶς· διὰ τοῦτο ἐάν τις ἤθελε συλλάβει αὐτάς, ἀρμόζει εἰς ἡμᾶς ἡ τῆς κλοπῆς ἀγωγή. τὸ αὐτὸ λέγεται καὶ περὶ μελισσῶν, διότι καταλογίζονται εἰς τὴν 2 περιουσίαν ἡμῶν. Ἀλλὰ καὶ ἄν τι ἐκ τῶν ἡμετέρων θρεμμάτων ἡρπάγη ὑπὸ θηρίου, περιλαμβάνεται, φρονεῖ, ἐν τῇ περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγῇ, ἐὰν διέφυγεν ἀπὸ τοῦ θηρίου· διότι πιθανώτερον εἶνε, λέγει, ὅτι τὸ ἁρπαζόμενον ὑπὸ λύκου ἢ ἄλλου θηρίου δὲν παύει νὰ εἶνε ἰδικόν μας ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφόσον δὲν κατεφαγώθη ὑπ' αὐτοῦ.

9 *ΠΑΥΛΟΣ* Περιλαμβάνονται ἐν τῇ

cium res, quas heredes usuceperunt, cum defuncto traditae essent: hae quoque res, quae heredibus traditae sunt, cum defunctus emisset:

10 *ULPIANUS* item praedia, quae nostri patrimonii sunt, sed et vectigalia vel superficiaria: nec minus hae quoque res quas alienas defunctus bona fide possidet.

11 *PAULUS* Partum quoque editum et post aditam hereditatem

12 *ULPIANUS* et post litem contestatam Sabinus scribit in familiae erciscundae judicium venire

1 et adjudicari posse. Idem erit et si servis hereditariis ab extraneo 2 aliquid datum sit. Res, quae sub condicione legata est, interim heredum est et ideo venit in familiae erciscundae judicium et adjudicari potest cum sua scilicet causa, ut existente condicione eximatur ab eo cui adjudicata est aut deficiente condicione ad eos revertatur a quibus relicta est. idem et in statulibero dicitur, qui interim est [1] heredum, existente autem condicione ad libertatem perveniat.

(1) ut interim sit (Mo.)

13 *PAPINIANUS* Alienationes enim post judicium acceptum interdictae sunt dumtaxat voluntariae, non quae vetustiorem causam et originem juris habent necessariam.

14 *ULPIANUS* Sed et si usucaἀγωγῇ ταύτῃ πράγματα, ἅτινα οἱ κληρονόμοι ἐχρησικτήσαντο, καθὸ εἰς τὸν ἀποθανόντα παραδοθέντα· ὡσαύτως τὰ πράγματα, ἅτινα εἰς τοὺς κληρονόμους παρεδόθησαν, καθὸ ὑπὸ τοῦ ἀποθανόντος ἀγορασθέντα·

10 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* ὡσαύτως κτήματα, ἅτινα ἀνήκουσιν εἰς τὴν ἰδιοκτησίαν ἡμῶν· ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνα ἐφ' ὧν ἔχομεν ἐμφύτευσιν ἢ ἐπιφάνειαν· οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐκεῖνα τὰ πράγματα, ἅτινα ἀλλότρια [ὄντα] ὁ ἀποθανὼν ἐνέμετο καλῇ τῇ πίστει.

11 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὡσαύτως ὁ ἐξελθὼν τοκετὸς [δούλης] καὶ μετὰ τὴν ὑπεισέλευσιν εἰς τὴν κληρονομίαν,

12 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* καὶ μετὰ κάταρξιν τῆς δίκης, ὁ Σαβῖνος γράφει ὅτι περιλαμβάνεται ἐν τῇ περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγῇ, καὶ δύναται νὰ ἐπιδι-
1 κασθῇ. Τὸ αὐτὸ καὶ ἂν εἰς δούλους τῆς κληρονομίας ἐδόθη τι παρ' ἐξω-
2 τικοῦ. Πρᾶγμα, ὑπὸ αἵρεσιν κληροδοτηθέν, ἐν τῷ μεταξὺ εἶνε τῶν κληρονόμων, καὶ διὰ τοῦτο περιλαμβάνεται ἐν τῇ περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγῇ, καὶ δύναται νὰ ἐπιδικασθῇ μετὰ τῆς ἰδιότητος, ἐννοεῖται, αὐτοῦ, ὥστε πληρουμένης τῆς αἱρέσεως νὰ λαμβάνηται ἀπ' ἐκείνου, εἰς ὃν ἐπεδικάσθη, ἢ ἀτονούσης τῆς αἱρέσεως νὰ ἐπανέρχηται εἰς ἐκείνους, εἰς βάρος τῶν ὁποίων κατελείφθη. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπὸ αἵρεσιν ἀπελευθερωθέντος λέγεται, ὥστε ἐν τῷ μεταξὺ μὲν νὰ εἶνε τῶν κληρονόμων, πληρουμένης δὲ τῆς αἱρέσεως νὰ περιέρχηται εἰς τὴν ἐλευθερίαν.

13 *ΠΑΠΙΝΙΑΝΟΣ* Διότι μετὰ τὴν κάταρξιν τῆς δίκης αἱ ἀπαλλοτριώσεις εἶνε ἀπηγορευμέναι, [ἀλλὰ] μόνον αἱ ἑκούσιαι, οὐχὶ δ' ὅσαι ἔχουσι προγενεστέραν αἰτίαν καὶ ἀναγκαίαν δικαιολογικὴν πηγήν.

14 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἀλλὰ καὶ ἂν πρὸ

pio fuerit coepta ab eo, qui heres non erat, ante litem contestatam et postea impleta fuerit, rem de
1 judicio subducit. Usus fructus an in judicium deducatur, quaeritur : ut puta si deducto usu fructu fundus fuit ab heredibus legatus

15 *PAULUS* vel si servo hereditario usus fructus legatus sit : nec enim a personis discedere sine interitu sui potest.

16 *ULPIANUS* Et puto officio judicis contineri, ut si volent heredes a communione usus fructus discedere, morem eis gerat cautio-

1 nibus interpositis. Julianus ait, si alii fundum, alii usum fructum fundi iudex adiudicaverit, non

2 communicari usum fructum.Usus fructus et ex certo tempore et usque ad certum tempus et alternis

3 annis adjudicari potest. Id quod amnis fundo post litem contestatam alluit, aeque venit in hoc ju-
10 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Οὐδ' ἐναντίον

redes ejus, qui dolo carent, desiti actio competit.

11 *ULPIANUS* Quod servus desuit, is apud quem depositum t servo rectissime reddet ex bo- fide: nec enim convenit bonae ei abnegare id quod quis accet, sed debebit reddere ei a quo cepit, sic tamen, si sine dolo nni reddat, hoc est, ut nec culle quidem suspicio sit. denique binus hoc explicuit addendo: ec ulla causa intervenit, quare utare possit dominum reddi olle». hoc ita est, si potuit suscari, iusta scilicet ratione mos: ceterum sufficit bonam fidem esse. sed et si ante ejus rei furm fecerat servus, si tamen ignovit is apud quem deposuit vel edidit dominum non invitum fo- huius solutionis, liberari potest: na enim fides exigitur. non tanm autem si remanenti in servite fuerit solutum, sed etiam si anumisso vel alienato, ex justis usis liberatio contingit, scilicet quis ignorans manusissum vel ienatum solvit. idemque et in nnibus debitoribus servandum mponius scribit.

12 *POMPONIUS* Si in Asia depositum fuerit, ut Romae reddar, videtur id actum, ut non insa ejus id fiat apud quem desitum sit, sed ejus qui deposuit. Depositum eo loco restitui det, in quo sine dolo malo ejus est, pud quem depositum est: ubi

συγκληρονόμων ἐκείνου, οἵτινες εἶνε ἀμέτοχοι τοῦ δόλου, ἁρμόζει ἡ τῆς παρακαταθήκης ἀγωγή.

11 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὅ,τι δοῦλος παρεκατέθεσεν, ἐκεῖνος παρ' ᾧ εἶνε κατατεθειμένον δικαιότατα εἰς τὸν δοῦλον δύναται ν' ἀποδώσῃ κατὰ τὴν καλὴν πίστιν· διότι δὲν ἁρμόζει εἰς τὴν καλὴν πίστιν ν' ἀρνῆταί τις ὅ,τι ἔλαβεν, ἀλλ' ὀφείλει νὰ τὸ ἀποδίδῃ εἰς ἐκεῖνον, παρ' οὗ ἔλαβεν, οὕτως ὅμως, ὥστε ἄνευ δόλου ν' ἀποδίδῃ, ἤτοι, μηδ' ὑποψία βεβαίως πταίσματος νὰ ὑπάρχῃ. ὅθεν ὁ Σαβῖνος ἀνέπτυξε τοῦτο προσθέτων· «μηδὲ μεσολαβῇ τις αἰτία, δι' ἣν ἠδύνατο νὰ νοήσῃ, ὅτι ὁ κύριος δὲν θέλει ν' ἀποδοθῇ [εἰς τὸν δοῦλον]·» δηλαδὴ ἐὰν ἠδύνατο νὰ ὑποπτεύσῃ, ἐκ δεδικαιολογημένης βεβαίως αἰτίας κινηθείς· ἄλλως ἀρκεῖ νὰ ὑπάρχῃ καλὴ πίστις. ἀλλὰ καὶ ἂν πρότερον ἐποίησεν ὁ δοῦλος κλοπὴν τοῦ πράγματος, ἂν μολαταῦτα ἠγνόει ἐκεῖνος, παρ' ᾧ κατέθεσεν, ἢ ἐνόμισεν ὅτι ὁ κύριος δὲν θὰ εἶνε ἐναντίος τῆς καταβολῆς [εἰς τὸν δοῦλον] δύναται ν' ἀπαλλαγῇ· διότι καλὴ πίστις ἀπαιτεῖται. οὐχὶ δὲ μόνον ἐὰν εἰς [τὸν δοῦλον] μένοντα ἐν τῇ δουλείᾳ ἐγένετο ἡ καταβολή, ἀλλὰ καὶ ἂν ἀφοῦ ἐχειραφετήθη ἢ ἀπηλλοτριώθη, ἐκ δεδικαιολογημένων αἰτιῶν ἐπέρχεται ἀπαλλαγή, ἐὰν δηλαδή τις ἀγνοῶν ὅτι ἐχειραφετήθη ἢ ἀπηλλοτριώθη κατέβαλε. τὸ αὐτὸ καὶ ὡς πρὸς πάντας τοὺς ὀφειλέτας δέον τὰ τηρῆται, γράφει ὁ Πομπώνιος.

12 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν ἐν Ἀσίᾳ παρεκατετέθη, ὥστε ἐν Ῥώμῃ ν' ἀποδοθῇ, θεωρεῖται ὅτι τοῦτο ἐσκοπεῖτο, ὥστε οὐχὶ δι' ἐξόδων ἐκείνου, παρ' ᾧ κατετέθη νὰ γείνῃ τοῦτο, ἀλλ' ἐκείνου, ὅστις *1* παρεκατέθεσε. Τὸ παρακατατεθὲν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ δέον ν' ἀποκαθίσταται, ἐν ᾧ εὑρίσκεται ἄνευ δόλου ἐκεί-

vero depositum est, nihil interest. eadem dicenda sunt communiter et in omnibus bonae fidei judiciis. sed dicendum est, si velit actor suis inpensis suoque periculo perferri rem Romam, ut audiendus sit, quoniam et in ad exhibendum

2 actione id servatur. Cum sequestre recte agetur depositi sequestraria actione, quam et in heredem

2 ejus reddi opportet. Quemadmodum quod ex stipulatu vel ex testamento dari oporteat, post judicium acceptum cum detrimento rei periret, sic depositum quoque eo[1] die, quo depositi actum sit, periculo ejus apud quem depositum fuerit est, si judicii accipiendi tempore potuit id reddere reus nec reddidit.

13 *PAULUS* Si quis infitiatus sit non adversus dominum, sed quod eum qui rem depositam petebat verum procuratorem non putaret aut eius qui deposuisset heredem, nihil dolo malo fecit: postea autem si cognoverit, cum eo agi poterit, quoniam nunc incipit dolo malo facere, si reddere eam non vult.

1 Competit etiam condictio depositae rei nomine, sed non antequam id[2] dolo admissum sit: non enim quemquam hoc ipso, quod depositum accipiat, condictione obligari, verum quod dolum malum admiserit.

14 *GAIUS* Si plures heredes exstiterint ei qui deposuerit, dicitur,

(1) ex (2) quid

νου παρ' ᾧ κατετέθη. ποῦ ὅμως πα
ρεκατετέθη, οὐδόλως ἐνδιαφέρει. τ
αὐτὰ θέλουσιν ὁμοίως λεχθῆ καὶ ἐ
ὅλων τῶν καλῆς πίστεως συμβολαίω
ἀλλὰ δέον νὰ εἴπωμεν ὅτι, ἐὰν ὁ ἐν
γων θέλῃ δι' ἰδίων ἐξόδων καὶ ἐπὶ ἰδ
κινδύνῳ νὰ μετακομισθῇ τὸ πρᾶγμα
Ῥώμην, θέλει εἰσακουσθῆ, καθόσον κ
ἐπὶ τῆς παραστατικῆς ἀγωγῆς τοῦ
2 τηρεῖται. Κατὰ τοῦ μεσεγγυητοῦ ἐ
κύρως δύναται νὰ ἐγερθῇ ἡ τῆς μεσε
γυητικῆς παρακαταθήκης ἀγωγή, ἥ
καὶ κατὰ τοῦ κληρονόμου αὐτοῦ π
3 πει νὰ παρέχηται. Καθ' ὃν τρόπ
ὅ,τι ἐξ ἐπερωτήσεως ἢ ἐκ διαθήκης δ
νὰ δοθῇ, μετὰ τὴν ἀποδοχὴν τῆς ἀγ
γῆς πρὸς ζημίαν τοῦ ἐναγομένου ἤ
λεν ἀπολεσθῆ, οὕτω καὶ τὸ παρακατ
τεθέν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠγέρθη ἡ τῆς π
ρακαταθήκης ἀγωγή, εἶνε ἐπὶ κινδύ
ἐκείνου παρ' ᾧ κατετεθη, ἐὰν κατὰ
χρόνον τῆς ἀποδοχῆς τῆς δίκης ἠδύ
το ὁ ἐναγόμενος ν' ἀποδώσῃ αὐτό,
δὲν τὸ ἀπέδωκε.

13 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐάν τις ἠρνήθη [πα
καταθήκην] οὐχὶ ἐναντίον τοῦ κυρ
[τοῦ πράγματος], ἀλλὰ διότι τὸν
παιτοῦντα τὸ παρακατατεθὲν πρ
μα δὲν ἐθεώρει ἀληθῆ πληρεξ
σιον, ἢ κληρονόμον του παρακατα
σαντος, οὐδὲν ἐποίησε δολίως· κα
πιν ὅμως ἐὰν ἔμαθε, δύναται νὰ ἐ
χθῇ, διότι ἤδη ἄρχεται δολίως
ποιῇ μὴ θέλων ν' ἀποδώσῃ ἐκε
1 Ἁρμόζει καὶ ἀπαίτησις λόγῳ
παρακατατεθέντος πράγματος, ἀλλ' οὐ
πρὶν διαπραχθῇ τις δόλος. διότι οὐ
δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι τις παρακαταθήκ
ἐδέχθη, ἐνέχεται δι' ἀπαιτήσεως, ἀλ
διότι δόλον διέπραξε.

14 *ΓΑΪΟΣ* Ἐὰν πολλοὶ ἀνεδείχ
σαν κληρονόμοι τοῦ παρακαταθέσαν
ἂν μὲν τὸ μεγαλείτερον μέρος εἶνε

si major pars adierit, restituendam rem praesentibus: majorem autem partem non ex numero utique personarum, sed ex magnitudine portionum hereditariarum intellegendam: cautela idonea redenda. Sive autem cum ipso apud quem deposita est actum fuerit sive cum herede ejus et sua natura res ante rem judicatam interciderit, veluti si homo mortuus fuerit, Sabinus et Cassius absolvi debere eum cum quo actum est dixerunt, quia aequum esset naturalem interitum ad actorem pertinere, utique cum interitura esset ea res et si restituta esset actori.

ρόν, λέγομεν ὅτι τὸ πρᾶγμα δέον ν' ἀποδίδηται εἰς τοὺς παρόντας. μεγαλείτερον δὲ μέρος οὐχὶ ἐξάπαντος ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν προσώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν κληρονομικῶν μερίδων δέον νὰ νοῆται· [προσέτι] δέον νὰ παρέχηται [ὑπὸ τῶν παρόντων] ἱκανὴ ἀσφάλεια. Εἴτε δὲ κατ' αὐτοῦ τούτου, παρ' ᾧ κατετέθη, ἐγείρεται ἀγωγή, εἴτε κατὰ τοῦ κληρονόμου αὐτοῦ, τὸ δὲ πρᾶγμα πρὸ τῆς ἐκδικάσεως τῆς ὑποθέσεως ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπωλέσθη, λ. χ. ἐὰν δοῦλος ἀπέθανεν, ὁ Σαβῖνος καὶ Κάσσιος εἶπον ὅτι δέον ν' ἀπολύηται ὁ ἐναγόμενος, καθόσον εἶνε ἴσον ἡ φυσικὴ ἀπώλεια ν' ἀποβλέπῃ εἰς τὸν ἐνάγοντα, ἀφοῦ ἐξάπαντος ἔμελλε ν' ἀπολεσθῇ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἂν εἶχεν ἀποκατασταθῇ εἰς τὸν ἐνάγοντα.

15 *JULIANUS* Qui rem suam deponi apud se patitur vel utendam rogat, nec depositi nec commodati actione tenetur: sicuti qui rem suam conducit aut precario rogat, nec precario tenetur nec ex locato.

15 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ὅστις πρᾶγμα ἴδιον δέχεται νὰ κατατεθῇ παρ' αὐτῷ ἢ παρακλητικῶς εἰς χρῆσιν λαμβάνει, οὔτε διὰ τῆς ἐκ παρακαταθήκης, οὔτε διὰ τῆς ἐκ χρησιδανείου ἀγωγῆς ἐνέχεται. ὡς ὁ πρᾶγμα ἴδιον μισθῶν ἢ κατὰ παράκλησιν λαμβάνων, οὔτε ἐκ παρακλήσεως ἐνέχεται, οὔτε ἐξ ἐκμισθώσεως.

16 *AFRICANUS* Si is, apud quem eam deposueris, apud alium eam deponat et ille dolo quid admiserit, ob dolum ejus, apud quem posita sit depositum, eatenus eum teneri apud quem tu deposueris, ut actiones suas tibi praestet.

16 *ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ* Ἐὰν ἐκεῖνος, παρ' ᾧ πρᾶγμα κατέθεσας, κατέθεσεν αὐτὸ παρ' ἑτέρῳ, καὶ οὗτος δόλον τινὰ διέπραξε, διὰ τὸν δοῦλον τούτου, παρ' ᾧ κατόπιν ἐγένετο παρακαταθήκη, εἰς τοσοῦτον ἐκεῖνος παρ' ᾧ σὺ κατέθεσας ἐνέχεται, ὥστε νὰ σοὶ ἐκχωρήσῃ τὰς ἑαυτοῦ ἀγωγάς.

17 *FLORENTINUS* Licet deponere tam plures quam unus possunt, attamen apud sequestrem non nisi plures deponere possunt: nam tum id fit, cum aliqua res in controversiam deducitur. itaque hoc casu in solidum unusquisque videtur deposuisse: quod aliter

17 *ΦΛΩΡΕΝΤΙΝΟΣ* Καίτοι νὰ παρακαταθέσωσι καὶ εἷς καὶ πολλοὶ δύνανται, ὅμως παρὰ μεσεγγυητῇ μόνον *πολλοὶ* δύνανται νὰ καταθέσωσι. διότι τοῦτο γίνεται τότε, ὅταν πρᾶγμά τι καθίσταται ἐπίδικον. ὅθεν ἐν τοιαύτῃ περιπτώσει εἰς ὁλόκληρον ἕκαστος θεωρεῖται ὅτι κατέθεσε· τοῦτο δ' ἄλλως

est, cum rem communem plures 1 deponunt. Rei depositae proprietas apud deponentem manet: sed et possessio, nisi apud sequestrem doposita est: nam tum demum sequester possidet: id enim agitur ea depositione, ut neutrius possessioni id tempus procedat.

18 *NERATIUS* De eo, quod tumultus incendii ruinae naufragii causa depositum est, in heredem de dolo mortui actio est pro hereditaria portione et in simplum et intra annum quoque: in ipsum et in solidum et in duplum et in pertetuum datur.

19 *ULPIANUS* Julianus et Marcellus putant filium familias depositi recte agere posse.

20 *PAULUS* Si sine dolo malo rem depositam tibi amiseris, nec depositi teneris nec cavere debes, si deprehenderis eam reddi: si tamen ad te iterum pervenerit, depositi teneris.

21 *IDEM* Si apud filium familias res deposita sit et emancipatus rem teneat, pater nec intra annum de peculio debet conveniri, 1 sed ipse filius. Plus Trebatius existimat, etiamsi apud servum depositum sit et manumissus rem teneat, in ipsum dandam actionem, non in dominum, licet ex ceteris causis in manumissum actio non datur.

22 *MARCELLUS* Si duo heredes

ἔχει, ἐὰν πρᾶγμα κοινὸν πολλοὶ παρ[α]
1 καταθέτωσι. Τοῦ παρακατατεθέντ[ος]
πράγματος ἡ κυριότης μένει παρὰ τ[ὸν]
καταθέσαντι· ἀλλὰ καὶ ἡ νομή, ἐκτὸς ε[ἰ]
παρὰ μεσεγγυητῇ κατετέθη· διότι τὸ
μόνον ὁ μεσεγγυητὴς νέμεται, καθόσ[ον]
διὰ τοιαύτης παρακαταθήκης σκοπ[ὸς]
ται τοῦτο, ὥστε οὐδετέρου τὴν νομ[ὴν]
νὰ ὠφελῇ ὁ χρόνος οὗτος.

18 *ΝΕΡΑΤΙΟΣ* Περὶ ἐκείνου, ὅτ[ι]
ἕνεκα θορύβου, πυρκαϊᾶς, καταπτώσε[ως]
[οἴκου] ναυαγίου παρεκατετέθη, ὑπά[ρ]
χει κατὰ τοῦ κληρονόμου ἐκ δόλου τ[οῦ]
ἀποθανόντος ἀγωγὴ ἀναλόγως τῆς κλ[η]
ρονομικῆς μερίδος καὶ εἰς τὸ ἁπλ[οῦν]
πρὸς δὲ καὶ ἐντὸς ἔτους [μόνον]. κατ' [αὐ]
τοῦ ὅμως [τοῦ διαπράξαντος τὸν δόλ[ον]
δίδεται καὶ εἰς ὁλόκληρον καὶ εἰς
διπλοῦν καὶ διηνεκῶς.

19 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὁ Ἰουλιανὸς κα[ὶ]
Μάρκελλος φρονοῦσιν ὅτι ὁ ὑπεξούσ[ιος]
υἱὸς ἐγκύρως δύναται νὰ ἐγείρῃ ἀ[γω]
γὴν ἐκ τῆς παρακαταθήκης.

20 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν ἄνευ δόλου ἀπ[ω]
λεσας πρᾶγμα εἰς σὲ παρακατατεθ[έν]
μένον, οὔτε ἐκ τῆς παρακαταθήκης [ἐν]
χεσαι, οὔτε ἀσφάλειαν ὀφείλεις, ὅτι [ἐὰν]
ἀνεύρῃς ἐκεῖνο θέλεις ἀποδώσει· ἂν δ[ὲ]
ἤθελεν ἐκ νέου περιέλθει εἰς σέ, ἐνέ[χε]
σαι ἐκ τῆς παρακαταθήκης.

21 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν παρ' υἱῷ ὑπεξ[ου]
σίῳ κατετέθη πρᾶγμα, χειραφετηθ[έν]
δὲ κρατῇ τὸ πρᾶγμα, ὁ πατὴρ οὐδ[ὲ]
τὸς τοῦ ἔτους δέον ἐκ τοῦ χρηματ[ικοῦ]
1 νὰ ἐνάγηται, ἀλλ' αὐτὸς ὁ υἱός. [Ἀ]
ριστότερον [τούτου] ὁ Τρεβάτιος φρο[νεῖ]
ὅτι, καὶ ἐὰν παρὰ δούλῳ κατετ[έθη]
[πρᾶγμα], χειραφετηθεὶς δὲ κρατῇ [τὸ]
τό, κατ' αὐτοῦ τούτου πρέπει νὰ δ[ί]
ται ἡ ἀγωγή, οὐχὶ κατὰ τοῦ κυρ[ίου]
καίτοι ἐκ τῶν λοιπῶν αἰτιῶν [τῶν]
τὴν δουλείαν ἀναγομένων] δὲν δίδ[ε]
ἀγωγὴ κατὰ τοῦ χειραφετηθέντος.

22 *ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ* Ἐὰν δύω κληρ[ο]

rem apud defunctum depositam dolo interverterint, quodam utique casu in partes tenebuntur : nam si diviserint decem milia, quae apud defunctum deposita fuerant, et quina milia abstulerint et uterque solvento est, in partes obstricti ernnt : nec enim amplius actoris interest.quod si lancem conflaverint aut conflari ab aliquo passi fuerint aliave quae species dolo eorum interversa fuerit, in solidum conveniri poterunt, ac si ipsi servandam suscepissent : nam certe verum est in solidum quemque dolo fecisse et nisi pro solido res non potest restitui. nec tamen absurd sentiet, qui hoc putaverit plane nisi integrae rei restitutione eum, cum quo actum fuerit liberari non posse, condemnandum tamen, si res non restituetur, pro qua parte heres exstitit.

23 *MODESTINUS* Actione depositi conventus servo constituto ciba riorum nomine apud eundem judicem utiliter experitur.

24 *PAPINIANUS* «Lucius Titius «Sempronio salutem.Centum num«mos, quos hac die commendasti «mihi adnumerante servo Sticho «actore, esse apud me ut notum «haberes, hac epistula manu mea «scripta tibi notum facio : quae «quando voles et ubi voles confe«stim tibi numerabo.» quaeritur propter usurarum increnmentum. respondi depositi actionum locum

μοι πρᾶγμα παρὰ τῷ ἀποθανόντι κατατεθειμένον ἀφῆρεσαν, ἔν τινι βεβαίως περιπτώσει κατὰ μέρη θέλουσιν ἐνέχεσθαι· διότι ἐὰν διῄρεσαν δέκα χιλιάδας, αἵτινες παρὰ τῷ ἀποθανόντι ἦσαν κατατεθειμέναι, καὶ ἀνὰ πέντε χιλιάδας ἀφῆρεσαν, ἑκάτερος δ' εἶνε ἀξιόχρεως, κατὰ μέρη θέλουσιν ἐνέχεσθαι. διότι δὲν ἐνδιαφέρει περισσότερον τὸν ἐνάγοντα. ἂν ὅμως δίσκον κατεχώνευσαν, ἢ ἀφῆκαν ὑφ' ἑτέρου νὰ καταχωνευθῇ, ἢ ἄλλο τι εἶδος διὰ δόλου αὐτῶν ἀφῃρέθη, εἰς ὁλόκληρον δύνανται νὰ ἐναχθῶσιν, ὡσεὶ αὐτοὶ οὗτοι πρὸς φυλακὴν εἶχον ἀναδεχθῇ· διότι βεβαίως εἶνε ἀληθές, ὅτι εἰς ὁλόκληρον ἕκαστος δολίως ἐποίησε, καὶ τὸ πρᾶγμα δὲν δύναται παρὰ μόνον εἰς ὁλόκληρον ν' ἀποκατασταθῇ· δὲν θέλει ὅμως ἀτόπως σκεφθῇ, ὅστις ἤθελεν εἶσθαι τῆς γνώμης, ὅτι δὲν δύναται βεβαίως ὁ ἐναγόμενος ν' ἀπαλλαχθῇ, εἰμὴ διὰ τῆς ἀκεραίας τοῦ πράγματος ἀποκαταστάσεως, ἂν ὅμως τὸ πρᾶγμα μὴ ἀποκαθίσταται, δέον νὰ καταδικάζηται ἀνάλογως τοῦ μέρους, καθ' ὃ ἀνεδείχθη κληρονόμος.

23 *ΜΟΔΕΣΤΙΝΟΣ* Ὁ διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς παρακαταθήκης ἐναχθεὶς μετὰ τὴν ἀποκατάστασιν τοῦ δούλου, ὠφελίμως ἐνάγει διὰ τὰς [εἰς τὸν παρακατατεθειμένον δοῦλον δοθείσας] τροφὰς ἐνώπιον τοῦ αὐτοῦ δικαστοῦ.

24 *ΠΑΠΙΝΙΑΝΟΣ* «Ὁ Λούκιος Τίτιος τὸν Σεμπρώνιον χαιρετᾷ. Ἑκατὸν νομίσματα, ἅτινα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μοι ἐνεπιστεύθης μετρήσαντος τοῦ πράκτορος δούλου Στίχου, εὑρίσκονται παρ' ἐμοί, [καὶ] ἵνα τὸ γινώσκῃς, διὰ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς ἰδιοχείρως ὑπ' ἐμοῦ γραφείσης καθιστῶ σοι γνωστὸν· ταῦτα ὅταν θελήσῃς καὶ ὅπου θελήσῃς ἀμέσως θέλω σοι μετρήσει.» ἐρωτᾶται διὰ τὴν αὔξησιν τῶν τόκων. ἀπήντησα ὅτι

habere: quid est enim aliud commendare quam deponere? quod ita verum est, si id actum est, ut corpora nummorum eadem redderentur: nam si ut tantundem solveretur convenit, egreditur ea res depositi notissimos terminos. in qua quaestione si depositi actio non teneat, cum convenit tantundem, non idem reddi, rationem usurarum haberi non facile dicendum est. et est quidem constitutum in bonae fidei iudiciis, quod ad usuras attinet ut tantundem possit officium arbitri quantum stipulatio: sed contra bonam fidem et depositi naturam est usuras ab eo desiderare temporis ante moram, qui beneficium in suscipienda pecunia dedit. si tamen ab initio de usuris praestandis convenit, lex contractus servabitur.

25 *IDEM* Die sponsaliorum aut postea res oblatas puellae, quae sui juris fuit, pater suscepit: heres ejus ut exhibeat recte convenietur

/ etiam actione depositi. Qui pecuniam apud se non obsignatam, ut tantundem redderet, depositam ad usus proprios convertit, post moram in usuras quoque judicio depositi condemnandus est.

26 *PAULUS* Publia Maevia cum proficisceretur ad maritum suum arcam clusam cum veste et instrumentis commendavit Gaiae Seiae et dixit ei: «cum sana sal-

ἡ τῆς παρακαταθήκης ἀγωγὴ λαμβά
νει χώραν· διότι ἐμπιστεύεσθαι τί ἄλλ
εἶνε ἢ παρακαταθέτειν; τοῦτο δὲ το
σοῦτον ὀρθὸν εἶνε, ἐὰν τοῦτο ἐσκοπεῖτο
ὥστε αὐτούσια τὰ νομίσματα ἀποδί
δονται· διότι ἐὰν συνεφωνήθη, ὥστ
ἕτερα τοσαῦτα ν' ἀποδοθῶσιν, ἡ συμ
φωνία αὕτη ὑπερβαίνει τὰ γνωστότατα
τῆς παρακαταθήκης ὅρια. ἐν τῇ περι
πτώσει ταύτῃ, ἐὰν ἡ τῆς παρακατα
θήκης ἀγωγὴ δὲν ἰσχύῃ, ἀφοῦ συνεφω
νήθη ἕτερα τοιαῦτα, οὐχὶ ταῦτα ν' ἀπο
δοθῶσι, δὲν θέλει εὐκόλως λεχθῆ ὅτι
γίνεται ὑπολογισμὸς τόκων. καὶ εἶνε
μὲν ὡρισμένον ἐπὶ τῶν καλῆς πίστεως
συμβολαίων, ὥστε ὅσον εἰς τοὺς τόκου
ἀποβλέπει ἡ τοῦ διαιτητοῦ κρίσις νὰ
δύναται τοσοῦτον, ὅσον ἡ ἐπερώτησις·
ὅμως ἐναντίον τῆς καλῆς πίστεως κα
τῆς φύσεως τῆς παρακαταθήκης εἶνε
νὰ ἐπιθυμῶμεν τόκους τοῦ πρὸ τῆς ὑπε
ρημερίας χρόνου παρ' ἐκείνου, ὅστις δὲ
χόμενος τὰ χρήματα εὐεργεσίαν ἐποίει
ἂν ὅμως ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο συμφωνία
περὶ παροχῆς τόκων, ὁ ὅρος τοῦ συμβο
λαίου θέλει τηρηθῆ.

25 *Ο ΑΥΤΟΣ* Πράγματα κατὰ τὴ
ἡμέραν τῆς μνηστείας ἢ κατόπιν προσ
νεχθέντα εἰς κόρην, ἥτις ἦτο αὐτεξου
σία, ὁ πατὴρ ἀνεδέχθη· ὁ κληρονόμ
αὐτοῦ ἐγκύρως καὶ διὰ τῆς ἀγωγῆς τ
παρακαταθήκης θέλει ἐναχθῆ, ὥστε ν
/ παραστήσῃ. Ὅστις χρήματα παρ' ἑα
τῷ οὐχὶ ἐσφραγισμένα παρακατατεθέ
τα [οὕτως] ὥστε ἕτερα τοσαῦτα ν' ἀπο
δώσῃ, εἰς ἰδίαν χρῆσιν μετεχειρίσθη
μετὰ ὑπερημερίαν δέον καὶ εἰς τοὺς τ
κους νὰ καταδικάζηται διὰ τῆς ἀγω
γῆς τῆς παρακαταθήκης.

26 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἡ Πουβλία Μαιβ
ἀναχωροῦσα πρὸς τὸν σύζυγόν της θ
κην κεκλεισμένην μετ' ἐνδυμάτων κ
σκευῶν ἐνεπιστεύθη εἰς τὴν Γαΐαν Σεία
εἰποῦσα αὐτῇ· «ἐὰν ὑγιὴς καὶ σῶα ἐπ

«vare venero, restitues mihi: cer-
«te, si aliquid mihi humanum con-
«tigerit, filio meo, quem ex alio
«marito suscepi,» defuncta ea in-
testata desidero res commendatae
cui restitui debeant, filio an mari-

to. Paulus respondit filio. Lu-
cius Titius ita cavit : «Ἔλαβον καὶ
ἔχω εἰς λόγον παρακαταθήκης τὰ
προγεγραμμένα τοῦ[1] ἀργυρίου, δηνάρια
μύρια, καὶ πάντα ποιήσω καὶ συμφωνῶ
καὶ ὡμολόγησα, ὡς προγέγραπται·
καὶ συνεθέμην χορηγῆσαί σοι τόκον ἑ-
κάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβόλους
τέσσαρας μέχρι τῆς ἀποδόσεως παν-
τὸς τοῦ ἀργυρίου.» quaero, an usu-
rae peti possunt. Paulus respondit
eum contractum de quo quaeritur
depositae pecuniae modum exce-
dere, et ideo secundum conventio-
nem usurae quoque actione depo-

siti peti possunt. «Titius Sem-
proniis salutem. Habere me a
vobis auri pondo plus minus de-
cem et discos duos, saccum si-
gnatum: ex quibus debetis mihi
decem, quos apud Titium depo-
suistis: item quos Trophimati
decem: item ex ratione patris ve-
stri decem et quod excurrit.»
quaero, an ex hujusmodi scriptu-
ra aliqua obligatio nata sit, scili-
cet quod ad solam pecuniae cau-
sam attinet. respondit ex epistula,
de qua quaeritur, obligationem
quidem nullam natam videri, sed
probationem depositarum rerum
impleri posse: an autem is quoque,
qui deberi sibi cavit in eadem epi-

(1) σοῦ (Mo.)

νέλθω, θέλεις μοι ἀποκαταστήσει· βε-
βαίως, ἐάν τι ἀνθρώπινον ἤθελέ μοι συμ-
βῆ, [θέλεις ἀποκαταστήσει] εἰς τὸν υἱόν
μου, ὃν ἐξ ἑτέρου συζύγου συνέλαβον.»
ἀποθανούσης ἐκείνης ἀδιαθέτου, ἐρωτᾶ-
ται εἰς τίνα δέον ν' ἀποκατασταθῶσι τὰ
ἐμπιστευθέντα πράγματα, εἰς τὸν υἱὸν
ἢ εἰς τὸν σύζυγον. ὁ Παῦλος ἀπήντη-
σεν εἰς τὸν υἱόν. Ὁ Λούκιος Τίτιος
ἔγραψεν ὡς ἑξῆς. «Ἔλαβον καὶ ἔχω λό-
γῳ παρακαταθήκης τὰ προρρηθέντα μύ-
ρια ἀργυρᾶ δηνάριά σου, καὶ θέλω ποιή-
σει πάντα, καὶ συμφωνῶ καὶ ὑποχρεοῦ-
μαι, ὡς προεγράφη· καὶ ἐδέχθην νά σοι
χορηγῶ τόκον δι' ἑκάστην μνᾶν καὶ
ἕκαστον μῆνα τέσσαρας ὀβολοὺς μέχρις
ἀποδόσεως ὁλοκλήρου τοῦ ἀργυρίου.»
ἐρωτᾶται ἂν οἱ τόκοι δύνανται ν' ἀπαι-
τηθῶσιν. ὁ Παῦλος ἀπήντησεν ὅτι τὸ
περὶ οὗ πρόκειται συμβόλαιον ὑπερβαί-
νει τὸ ὅριον τῆς παρακαταθήκης χρη-
μάτων, καὶ διὰ τοῦτο συμφώνως πρὸς
τὴν σύμβασιν καὶ τόκοι δύνανται διὰ
τῆς ἀγωγῆς τῆς παρακαταθήκης ν' ἀ-

παιτηθῶσι. «Ὁ Τίτιος τοὺς Σεμπρω-
νίους χαιρετᾷ. Ἔχω παρ' ὑμῶν δέκα
περίπου λίτρας χρυσοῦ, δύω δίσκους καὶ
σάκκον ἐσφραγισμένον, ἐξ ὧν ὀφείλετέ
μοι δέκα, ἅτινα παρὰ τῷ Τιτίῳ κατε-
θέσατε· ὡσαύτως [ἔχω] δέκα ἅτινα τῷ
Τροφίμῳ [ὀφείλε ε]· ὡσαύτως [ἔχω] ἐκ
λογαριασμοῦ τοῦ πατρὸς ὑμῶν δέκα
καὶ τὰ ἐπακόλουθα.» ἐρωτᾶται ἂν ἐκ
τοιαύτης γραφῆς γεννᾶται ἐνοχή τις,
δηλ. καθ' ὅσον εἰς τὰ χρήματα μόνον
ἀποβλέπει. ἀπήντησεν [ὁ Παῦλος] ὅτι
ἐκ τῆς ἐπιστολῆς, περὶ ἧς πρόκειται,
ἐνοχὴ μὲν οὐδεμία θεωρεῖται ὅτι γεν-
νᾶται, ἀλλ' ἡ ἀπόδειξις τῶν παρακα-
τατεθειμένων πραγμάτων δύναται νὰ
γείνῃ· ἂν ὅμως καὶ ἐκεῖνος, ὅστις ἔγρα-
ψεν ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ ὅτι ὀφείλονται
αὐτῷ δέκα, δύναται [οὕτω καὶ μόνον]

stula decem, probare possit hoc quod scripsit, judicem aestimaturum.

27 *IDEM* Lucius Titius cum haberet filiam in potestate Seiam, Pamphilo servo alieno in matrimonium collocavit, cui etiam dotem dedit, quam sub titulo depositi in cautionem contulit, et postea nulla denuntiatione a domino facta pater decessit, mox et Pamphilus servus : quaero, qua actione Seia pecuniam petere possit. cum ipsa patri heres extiterit. Paulus respondit, quoniam dos constitui non potuit, ex causa depositi actione de peculio pecuniam repetendam.

28 *SCAEVOLA* Quintus Caecilius Candidus ad Paccium Rogatianum epistulam scripsit in verba infra scripta : «Caecilius Candidus Pac«cio Rogatiano suo salutem. Vigin«ti quinque nummorum quos apud «me esse voluisti, notum tibi ista «hac epistula facio ad ratiuncu«lam meam ea pervenisse :[1]quibus «ut primum prospiciam, ne vacua «tibi sint: id est ut usuras eorum «accipias, curae habebo.» quaesitum est, an ex ea epistula etiam usurae peti possint. respondi deberi ex bonae fidei judicio usuras, sive percepit sive pecunia in re sua usus est.

29 *PAULUS* Si sacculum vel argentum[2] signatum deposuero et is penes quem depositum fuit me invito contrectaverit, et depositi et furti actio mihi in eum competit. *1* Si ex permissu meo deposita pe-

(1) de προσθ. (Mo.)
(2) argentum vel sacculum (Mo.)

ν' ἀποδείξῃ ὅ,τι ἔγραψεν, ὁ δικαστὴ
θέλει ἐκτιμήσει.

27 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ὁ Λούκιος Τίτιος ἔχω
ὑπεξουσίαν θυγατέρα Σείαν, ἔδωκεν ε
γάμον Παμφίλῳ δούλῳ ἀλλοτρίῳ, ε
ὃν καὶ προῖκα ἔδωκεν, ἣν ἐν εἴδει πα
ρακαταθήκης ἀνέφερεν ἐν ἐγγράφῳ, κ
τόπιν δὲ οὐδεμιᾶς ἀπαγορεύσεως ὑ
τοῦ κυρίου [πρὸς τὴν Σείαν] γενομένη
ὁ πατὴρ ἀπέθανε, μετ' ὀλίγον δὲ καὶ
δοῦλος Πάμφιλος· ἐρωτᾶται, διὰ τίν
ἀγωγῆς δύναται ἡ Σεία ν' ἀπαιτήσ
τὰ χρήματα, ἀφοῦ αὐτὴ κληρονόμ
τοῦ πατρὸς ἀνεδείχθη. ὁ Παῦλος ἀπή
τησεν ὅτι, ἐπειδὴ προῖξ δὲν ἠδύνατ
νὰ συσταθῇ, λόγῳ τῆς παρακαταθ
κης δέον διὰ τῆς τοῦ χρηματίου ἀγ
γῆς ν' ἀναζητηθῶσι τὰ χρήματα.

28 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* Ὁ Κόϊντος Καικ
λιος Κάνδιδος ἔγραψεν ἐπιστολὴν πρ
τὸν Πάκκιον Ῥογατιανὸν μὲ τὰς ἀκ
λούθους λέξεις. «ὁ Καικίλιος Κάνδιδ
τὸν Πάκκιον Ῥογατιανόν του χαιρετ
Περὶ τῶν εἰκοσιπέντε νομισμάτων, ἅτι
ἠθέλησας νὰ ὦσι παρ' ἐμοί, γνωστοποι
σοι διὰ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς ἐ
ταῦτα εἰς λογαριασμόν μου περιῆλθ
περὶ τούτων θέλω λίαν προσεχῶς πρ
νοήσει, νὰ μή σοι εἶνε ἄκαρπα· ἤ
θέλω φροντίσει νὰ λαμβάνῃς τόκους
τῶν». ἠρωτήθη, ἂν ἐκ τῆς ἐπιστολ
ταύτης καὶ τόκοι ἠδύναντο ν' ἀπαιτ
θῶσιν. ἀπήντησα ὅτι ὀφείλονται τόκοι
ἀγωγῆς καλῆς πίστεως, εἴτε συνέλ
[τοιούτους ὁ Καικίλιος] εἴτε τὰ χρήμ
τα εἰς ἴδιον ὄφελος μετεχειρίσθη.

29 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν ἄργυρον ἢ βαλ
τιον ἐσφραγισμένον παρεκατέθεσα, ἐκ
νος δὲ παρ' ᾧ ἐγένετο ἡ κατάθεσις
κοντος ἐμοῦ ὑπεξήρεσε, καὶ ἡ τῆς π
ρακαταθήκης καὶ ἡ τῆς κλοπῆς ἀγω
*1* ἁρμόζει εἰς ἐμὲ κατ' αὐτοῦ. Ἐὰν
ἀδείᾳ μου ἐκεῖνος παρ' ᾧ κατετέθησ

cunia is penes quem deposita est utatur, ut in ceteris bonae fidei judiciis usuras ejus nomine praestare mihi cogitur.

30 *NERATIUS* Si fidejussor pro te apud quem depositum est litis aestimatione damnatus sit, rem tuam fieri.

31 *TRYPHONINUS* Bona fides quae in contractibus exigitur aequitatem summam desiderat: sed eam utrum aestimamus ad merum jus gentium an vero cum praeceptis civilibus et praetoriis? veluti reus capitalis judicii deposuit apud te centum: is deportatus est, bona ejus publicata sunt: utrumne ipsi haec reddenda an in publicum deferenda sint? si tantum naturale et gentium ius intuemur, ei qui dedit restituenda sunt: si civile ius et legum ordinem, magis in publicum deferenda sunt: nam male meritus publice, ut exemplo aliis ad deterrenda maleficia sit, etiam

χρήματα μεταχειρίζηται αὐτά, ὑποχρεοῦται ὡς ἐπὶ τῶν λοιπῶν καλῆς πίστεως ἀγωγῶν νά μοι παράσχῃ ἕνεκα τούτου τόκους.

30 *ΝΕΡΑΤΙΟΣ* Ἐὰν ὁ ἐγγυητὴς ὑπὲρ σοῦ, παρ' ᾧ ὑπάρχει κατα θήκη, κατεδικάσθη εἰς τὴν διατίμησιν τῆς δίκης, τὸ πρᾶγμα καθίσταται ἰδικόν σου.

31 *ΤΡΥΦΩΝΙΝΟΣ* Ἡ καλὴ πίστις ἥτις ἐν τοῖς συμβολαίοις ἀπαιτεῖται, ὑψίστης ἰσότητος ἔχει χρείαν. ἀλλ' ἆρά γε ταύτην θέλομεν ἐκτιμήσει κατὰ τὸ καθαρῶς διεθνὲς δίκαιον, ἢ τοὐναντίον μετὰ τῶν ἀστικῶν καὶ πραιτωρικῶν παραγγελμάτων; λ.χ. ἐναγόμενός [τις] διὰ θανασίμου ἀγωγῆς κατέθεσε παρὰ σοὶ ἑκατόν· οὗτος ἐξωρίσθη, ἡ δὲ περιουσία αὐτοῦ ἐδημεύθη· ἆρά γε [τὰ ἑκατὸν] ἐκεῖνα εἰς αὐτὸν θέλουσιν ἀποδοθῆ, ἢ εἰς τὸ δημόσιον θέλουσι παραδοθῆ; ἐὰν εἰς μόνον τὸ φυσικὸν καὶ διεθνὲς δίκαιον ἀποβλέψωμεν, δέον ν' ἀποκατασταθῶσιν εἰς ἐκεῖνον, ὅστις ἔδωκεν· ἂν δὲ εἰς τὸ ἀστικὸν δίκαιον καὶ τὴν τῶν νόμων τάξιν, εἰς τὸ δημόσιον μᾶλλον δέον νὰ παραδοθῶσι· διότι ὁ κακῶς προσενεχθεὶς κατὰ τοῦ δημοσίου, ἵνα ᾖ ὑπόδειγμα διὰ τοὺς λοιποὺς πρὸς ἀποτροπὴν κακοπραξιῶν, καὶ πενίαν νὰ

egestate laborare debet. Incurrit hic et alia inspectio. bonam fidem inter eos tantum,[1] quos contractum est, nullo extrinsecus adsumpto aestimare debemus an respectu etiad aliarum personarum, ad quas id quod geritur pertinet? exempli loco latro spolia quae mihi abstulit posuit apud Seium inscium de malitia deponentis: utrum latroni an mihi restituere Seius debeat? si per se dantem accipientemque intuemur, haec est bona fides, ut commissam rem re-

*1* ὑφίσταται ὀφείλει. Συντρέχει ἐνταῦθα καὶ ἑτέρα σκέψις. τὴν καλὴν πίστιν μεταξὺ ἐκείνων μόνον, οἵτινες συνεβλήθησαν, οὐδενὸς ἐξωτερικοῦ προστιθεμένου, δέον νὰ ἐκτιμῶμεν, ἢ λαμβάνοντες ὑπ' ὄψιν καὶ ἄλλα πρόσωπα, εἰς ἃ τὸ ἐνεργούμενον ἀποβλέπει; λόγου χάριν λῃστὴς λάφυρα, ἅτινα ἀπ' ἐμοῦ ἁφήρεσε, κατέθεσε παρὰ τῷ Σείῳ ἀγνοοῦντι τὴν κακουργίαν τοῦ παρακαταθέτου· ἆρά γε εἰς τὸν λῃστὴν ἢ εἰς ἐμὲ ὀφείλει ὁ Σέϊος ν' ἀποκαταστήσῃ; ἐὰν ἀποβλέψωμεν εἰς μόνον τὸν δόντα καὶ τὸν λαβόντα, τοιαύτη εἶνε ἡ καλὴ πίστις, ὥστε τὸ διαπιστευθὲν πρᾶγμα ν' ἀναλά-

(1) inter προσθ.

cipiat is qui dedit: si totius rei aequitatem, quae ex omnibus personis quae negotio isto contingunt impletur, mihi reddenda sunt, quo[1] facto scelestissimo adempta sunt. et probo hanc esse justitiam, quae suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personae justiore repetitione. quod si ego ad petenda ea non veniam, nihilo minus ei restituenda sunt qui deposuit, quamvis male quaesita deposuit. quod et Marcellus in praedone et fure scribit. si tamen ignorans latro cujus filio vel servo rem abstulisset apud patrem dominumve ejus[2] deposuit ignorantem, nec ex jure gentium consistet depositum, cuius haec est potestas, ut alii[3], non domino sua ipsius res quasi aliena, servanda detur. et si rem meam fur, quam me ignorante subripuit, apud me etiamnunc delictum ejus ignorantem deposuerit, recte dicetur non contrahi depositum, quia non est ex fide bona rem suam dominum praedoni restituere compelli. sed et si etiamnunc ab ignorante[4] domino tradita sit quasi ex causa depositi, tamen indebiti dati condictio competet.

(1) cui Brenc.
(2) apud enmdem (σ.μ.)
(3) aliena προσθ. (Mo.)
(4) ab ign. etiamnunc (Mo.)

32 *CELSUS* Quod Nerva diceret latiorem culpam dolum esse, Proculo displicebat, mihi verissimum videtur. nam et si quis non ad eum modum quem hominum natura desiderat diligens est, nisi tamen ad suum modum curam in deposito praestat, fraude non caret: nec

βη ὁ δούς· ἂν ὅμως εἰς ὁλοκλήρου τῆ
ὑποθέσεως τὴν ἰσότητα, ἥτις ἐκ πάν
των τῶν προσώπων τῶν μετὰ τῆς δι
καιοπραξίας ταύτης συνεχομένων ἀπο
τελεῖται, εἰς ἐμὲ δέον ν' ἀποδοθῶσιν
ἀφ' οὗ διὰ πράξεως κακουργοτάτη
ἀφῃρέθησαν. φρονῶ λοιπὸν ὅτι αὕτ
εἶνε δικαιοσύνη, ἥτις ἑκάστῳ τὸ ἴδιο
οὕτως ἀπονέμει, ὥστε νὰ μὴ ἀφαιρῆ
ται διὰ τῆς δικαιοτέρας ἀπαιτήσεω
προσώπου οὐδενός· ἂν ὅμως ἐγὼ δὲ
ἔλθω ὅπως ἀπαιτήσω ἐκεῖνα, οὐδὲν ἧ
τον πρέπει ν' ἀποκαθίστανται εἰς ἐκεί
νον, ὅστις παρεκατέθεσε, καίτοι κακῶ
ἀποκτηθέντα παρεκατέθεσε. τοῦτο δ
καὶ ὁ Μάρκελλος διὰ τὸν ἅρπαγα κα
κλέπτην γράφει· ἂν ὅμως ὁ λῃστὴς ὁ
γνοῶν ἀπὸ τὸν υἱὸν ἢ δοῦλον τίνος ἀφῃ
ρεσε τὸ πρᾶγμα, κατέθεσε παρὰ τ
ἰδίῳ ἀγνοοῦντι, οὐδὲ κατὰ τὸ διεθνὲς δι
καιον συνίσταται παρακαταθήκη, τ
ὁποίας ἡ ἔννοια εἶνε αὕτη, νὰ δίδητα
δηλ. πρὸς φύλαξιν *ἀλλότριον*, οὐχὶ α
τοῦ τοῦ ἰδίου κυρίου πρᾶγμα ὡς ἀλλ
τριον. ἐὰν λοιπὸν ὁ κλέπτης πρᾶγμ
ἰδικόν μου, ὅπερ ἐν ἀγνοίᾳ μου ἔκλεψ
κατέθεσε παρ' ἐμοὶ ἀγνοοῦντι εἰσέτι
ἔγκλημα αὐτοῦ, ὀρθῶς θέλει λεχθῆ ὅ
δὲν συνάπτεται παρακαταθήκη, καθ
σον δὲν συμβιβάζεται πρὸς τὴν καλ
πίστιν ν' ἀναγκάζηται ὁ κύριος ν' ἀπ
καθιστᾷ εἰς τὸν ἅρπαγα τὸ ἑαυτ
πρᾶγμα. ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἀγνοῶν εἰσέ
ὁ κύριος παρέδωκεν ὡσεὶ ἔνεκα παρ
καταθήκης, θέλει ἁρμόζει μολαταῦτα
τοῦ ἀχρεωστήτως δοθέντος ἀπαίτησ

32 *ΚΕΛΣΟΣ* Ὅπερ ὁ Νέρβας ἔλ
γεν, ὅτι δηλ. βαρύτερον πταῖσμα εἶ
ὁ δόλος, εἰς τὸν Πρόκουλον ἀπήρεσκε
εἰς ἐμὲ [ὅμως] ὀρθότατον φαίνεται. διό
καὶ ἐάν τις μὴ εἶνε ἐπιμελὴς μέχρι τ
σούτου, ὅσον ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις
παιτεῖ, ὅμως ἐὰν μὴ ἐπὶ παρακαταθή
κης μέχρι τοῦ διὰ τὰς ἰδίας [ὑποθέσεω

mini salva fide minorem is quam uis rebus diligentiam praestabit.

33 *LABEO* Servus tuus pecuniam cum Attio in sequestre deposuit apud Maevium ea condicione, ut ea tibi redderetur, si tuam esse probasses, si minus, ut Attio redderetur. posse dixi cum eo, apud quem deposita esset, incerti agere, id est ad exhibendum, et exhibitam vindicare, quia servus in deponendo tuum ius deterius facere non potuisset.

34 *IDEM* Potes agere depositi cum eo, qui tibi non aliter quam summis a te acceptis depositum reddere voluerit, quamvis sine mora et incorruptum reddiderit.

ὁρίου καταβάλλῃ φροντίδα, δὲν εἶνε ἀμέτοχος δόλου· διότι δὲν τηρεῖ τὴν πίστιν, ὅστις *ὀλιγωτέραν* ἐπιμέλειαν παρ' ὅσην διὰ τὰς ἰδίας ὑποθέσεις καταβάλλει.

33 *ΛΑΒΕΩΝ* Δοῦλός σου χρήματα μετὰ τοῦ Ἀττίου εἰς μεσεγγύησιν κατέθεσε παρὰ τῷ Μαιβίῳ μὲ τὴν συμφωνίαν ν' ἀποδοθῶσιν εἰς σέ, ἐὰν ἤθελες ἀποδείξει ὅτι εἶναι ἰδικά σου, ἄλλως εἰς τὸν Ἄττιον νὰ ἀποδίδωνται. εἶπον ὅτι δύναται κατ' ἐκείνου, παρ' ᾧ κατετέθησαν, νὰ ἐγερθῇ ἀγωγὴ τοῦ ἀβεβαίου, ἤτοι πρὸς παράστασιν, μετὰ δὲ τὴν παράστασιν νὰ γείνῃ διεκδίκησις, καθόσον ὁ δοῦλος παρακαταθέτων δὲν θὰ ἠδύνατο νὰ καταστήσῃ τὸ δίκαιόν σου χειρότερον.

34 *Ο ΑΥΤΟΣ* Δύνασαι νὰ ἐναγάγῃς ἐκ τῆς παρακαταθήκης ἐκεῖνον, ὅστις οὐχὶ ἄλλως παρὰ μετὰ τὴν ἀπὸ σοῦ λῆψιν νομισμάτων ἤθελε νά σοι ἀποδώσῃ τὸ παρακατατεθέν, καίτοι ἄνευ βραδύτητος καὶ ἀδιάφθορον ἤθελεν ἀποδώσει.

---

# LIBER SEPTIMUS DECIMUS

# ΒΙΒΛ. ΔΕΚΑΤΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ

## I [1].

## 1.

### Mandati vel contra.

### Ἐντολῆς ἢ ἀντιθέτου.

1 *PAULUS* Obligatio mandati consensu contrahentium consistit. Ideo per nuntium quoque vel per epistulam mandatum suscipi potest. Item sive «rogo» sive «volo» sive «mando» sive alio quo-

1 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἡ ἐνοχὴ τῆς ἐντολῆς διὰ τῆς συναινέσεως τῶν συμβαλλομένων συνίσταται. Διὰ τοῦτο καὶ δι' ἀγγέλου ἢ δι' ἐπιστολῆς δύναται νὰ συ- 2 σταθῇ ἐντολή. Ὡσαύτως εἴτε «παρακαλῶ» εἴτε «θέλω» εἴτε «ἐντέλλομαι» εἴτε δι' ἄλλης οἱασδήποτε λέξεως

[1] Εἰσ. (3.26) Κωδ. (4.35)— Βασ. (ΙΔ', Α')

cumque verbo scripserit, mandati
3 actio est. Item mandatum et in
diem differri et sub condicione

4 contrahi potest. Mandatum nisi
gratuitum nullum est: nam origi-
nem ex officio atque amicitia tra-
hit, contrarium ergo[1] est officio
merces: interveniente enim pe-
cunia res ad locationem et con-
ductionem potius respicit.

2 *GAIUS* Mandatum inter nos
contrahitur, sive mea tantum gra-
tia tibi mandem sive aliena tan-
tum sive mea et aliena sive mea
et tua sive tua et aliena. quod si
tua tantum gratia tibi mandem,
supervacuum est mandatum et ob
id nulla ex eo obligatio nascitur.
1 Mea tantum gratia intervenit
mandatum, veluti si tibi mandem,
ut negotia mea geras vel ut fundum
mihi emeres vel ut pro me fideju-
2 beas. Aliena tantum, veluti si
tibi mandem, ut Titii negotia ge-
reres vel ut fundum ei emeres vel

3 ut pro eo fidejubeas. Mea et
aliena, veluti si tibi mandem, ut
mea et Titii negotia gereres vel
ut mihi et Titio fundum emeres
vel ut pro me et Titio fidejubeas.
4 Tua et mea, veluti si mandem
tibi, ut sub usuris crederes ei, qui

5 in rem meam mutuaretur. Tua
et aliena, veluti si tibi mandem,
ut Titio sub usuris crederes: quod
si, ut sine usuris crederes, aliena
tantum gratia intervenit manda-
6 tum. Tua autem gratia interve-
nit mandatum, veluti si mandem
tibi, ut pecunias tuas potius in

(1) vero (Bync.)

ἔγραψεν [ὁ ἐντολοδότης] ὑπάρχει ἡ τῆ
3 ἐντολῆς ἀγωγή. Ὡσαύτως ἡ ἐντολ
καὶ εἰς [ὡρισμένην] ἡμέραν ν' ἀναβλ
θῇ, καὶ ὑπὸ αἵρεσιν νὰ συναφθῇ δύνα
4 ται. Ἐντολὴ ἂν μὴ [εἶνε] δωρεά
οὐδόλως ὑπάρχει· διότι τὴν πηγὴν αὐ
τῆς ἐκ χάριτος καὶ φιλίας ἔχει, ὁ δὲ μ
σθὸς εἶνε ἀσυμβίβαστος μὲ χάριν· ἐπ
λοιπὸν μεσολαβῶσι χρήματα, ἡ δικαι
πραξία πλησιάζει μᾶλλον εἰς τὴν μ
σθωσιν καὶ ἐκμίσθωσιν.

2 *ΓΑΪΟΣ* Ἐντολὴ μεταξὺ ἡμῶν συν
πτεται, εἴτε χάριν ἐμοῦ μόνον ἐντέλλ
μαι εἰς σέ, εἴτε χάριν ἑτέρου μόνο
εἴτε χάριν ἐμοῦ καὶ ἑτέρου, εἴτε χάρ
ἐμοῦ σοῦ, εἴτε σοῦ καὶ ἑτέρου. ἂν ὅμω
χάριν σοῦ μόνον ἐντέλλωμαι, ἀνωφελ
εἶνε ἡ ἐντολή, καὶ διὰ τοῦτο οὐδεμία

1 αὐτῆς ἐνοχὴ γεννᾶται. Χάριν ἐμ
μόνον λαμβάνει χώραν ἐντολή, ὡς ἐ
σοι δώσω ἐντολήν, νὰ διοικήσῃς ὑπ
θέσεις μου, ἢ νὰ μοὶ ἀγοράσῃς ἀγρ
2 ἢ ὑπὲρ ἐμοῦ νὰ ἐγγυηθῇς. Χάριν ἑτ
ρου δὲ μόνον, ὡς ἐάν σοι δώσω ἐντ
λήν, νὰ διοικήσῃς ὑποθέσεις τοῦ Τ
τίου, ἢ ν' ἀγοράσῃς δι' αὐτὸν ἀγρόν
3 νὰ ἐγγυηθῇς ὑπὲρ αὐτοῦ. Χάριν ἐμ
δὲ καὶ ἑτέρου, ὡς ἐάν σοι δώσω ἐντ
λήν, νὰ διοικήσῃς ὑποθέσεις ἰδικάς μ
καὶ τοῦ Τιτίου, ἢ ἀγρὸν δι' ἐμὲ καὶ
Τίτιον ν' ἀγοράσῃς, ἢ ὑπὲρ ἐμοῦ κ
4 τοῦ Τιτίου νὰ ἐγγυηθῇς. Ὑπὲρ σ
δὲ καὶ ἐμοῦ ὡς ἐάν σοι δώσω ἐντολ
νὰ δανείσῃς ἐπὶ τόκῳ εἰς ἐκεῖνον, ὅσ
5 πρὸς ὄφελός μου θὰ ἐδανείζετο. Χ
ριν σοῦ δὲ καὶ ἑτέρου, ὡς ἐάν σοι δώ
ἐντολήν, νὰ δανείσῃς ἐπὶ τόκῳ εἰς
Τίτιον. ἂν ὅμως [σοὶ δώσω ἐντολήν]
δανείσῃς ἄνευ τόκου, πρὸς ὄφελος ἐ
6 ρου μόνον γίνεται ἡ ἐντολή. Χά
σοῦ δὲ γίνεται ἐντολή, ἐάν σοι δώ
ἐντολὴν νὰ διαθέσῃς τὰ χρήματά σ
μᾶλλον εἰς ἀγοράσεις κτημάτων π

emptiones praediorum colloces quam faeneres, vel ex diverso ut faeneres potius quam in emptiones praediorum colloces: cujus generis mandatum magis consilium est quam mandatum et ob id non est obligatorium, quia nemo ex consilio obligatur, etiamsi non expediat ei cui dabatur, quia liberum est cuique apud se explorare, an expediat sibi consilium.

3 *PAULUS* Praeterea in causa mandati etiam illud vertitur, ut interim[1] nec melior causa mandantis fieri possit, interdum melior, 1 deterior vero numquam. Et quidem si mandavi tibi, ut aliquam rem mihi emeres, nec de pretio quicquam statui tuque emisti, 2 utrimque actio nascitur. Quod si pretium statui tuque pluris emisti, quidam negaverunt te mandati habere actionem, etiamsi paratus esses id quod excedit remittere: namque iniquum est non esse mihi cum illo actionem, si nolit, illi vero, si velit, mecum esse.

4 *GAIUS* Sed Proculus recte eum usque ad pretium statutum actu- rum existimat, quae sententia sane benignior est.

5 *PAULUS* Diligenter igitur fines mandati custodiendi sunt: 1 nam qui excessit, aliud quid facere videtur et, si susceptum non 2 impleverit, tenetur. Itaque si mandavero tibi, ut domum Seianam centum emeres tuque Titianam emeris longe majoris pretii,

(1) interdum (σ.μ.)

νὰ τοκίσῃς, ἢ τἀνάπαλιν νὰ τοκίσῃς μᾶλλον, παρὰ εἰς ἀγοράσεις κτημάτων νὰ διαθέσῃς· τοιούτου εἴδους ἐντολὴ εἶνε μᾶλλον συμβουλὴ παρὰ ἐντολή, καὶ διὰ τοῦτο δὲν εἶνε παραγωγικὴ ἐνοχῆς, καθόσον οὐδεὶς ἐκ συμβουλῆς ἐνέχεται, καὶ ἂν μὴ ὠφελῇ ἐκεῖνον, εἰς ὃν δίδεται, καθόσον εἶνε ἐλεύθερον εἰς ἕκαστον νὰ ἐρευνήσῃ καθ' ἑαυτόν, ἂν ὠφελῇ αὐτὸν ἡ συμβουλή.

3 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐκτὸς τούτου ἐν τῇ φύσει τῆς ἐντολῆς ἐνυπάρχει καὶ τοῦτο, ἡ θέσις δηλ. τοῦ ἐντολέως ἐνίοτε μὲν νὰ μὴ δύναται νὰ καταστῇ καλλιτέρα, ἐνίοτε [νὰ δύναται νὰ καταστῇ] καλλι- 1 τέρα, *χειροτέρα* ὅμως οὐδέποτε. Καὶ ἂν μὲν ἐνετειλάμην σοι, νά μοι ἀγοράσῃς πρᾶγμά τι, δὲν ὥρισα δέ τι περὶ τιμήματος, καὶ σὺ ἠγόρασας, ἑκατέρω- 2 θεν γεννᾶται ἀγωγή. Ἂν ὅμως ὥρισα τίμημα, καὶ σὺ ἀντὶ περισσοτέρου ἠγόρασας, τινὲς ἠρνήθησαν ὅτι ἔχεις σὺ τὴν ἀγωγὴν τῆς ἐντολῆς, καὶ ἂν ἦσο πρόθυμος ν' ἀφήσῃς τὸ ὑπερβάλλον· διότι εἶνε ἄνισον νὰ μὴ ὑπάρχῃ δι' ἐμὲ κατ' ἐκείνου ἀγωγή, ἐὰν μὴ θέλῃ [ν' ἀφήσῃ τὸ ὑπερβάλλον]. δι' ἐκεῖνον δέ, ἐὰν θέλῃ, νὰ ὑπάρχῃ κατ' ἐμοῦ.

4 *ΓΑΪΟΣ* Ἀλλ' ὁ Πρόκουλος ὀρθῶς φρονεῖ ὅτι ἐκεῖνος (ὁ ἐντολοδόχος) μέχρι τοῦ ὁρισθέντος τιμήματος δύναται νὰ ἐναγάγῃ, ἡ δὲ γνώμη αὕτη εἶνε βεβαίως μᾶλλον ἐπιεικής.

5 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐπιμελῶς λοιπὸν δέον νὰ

1 τηρῶνται τὰ ὅρια τῆς ἐντολῆς. Διότι ὁ ὑπερβὰς θεωρεῖται ὅτι ποιεῖ ἄλλο τι, καὶ ἂν μὴ ἤθελεν ἐκπληρώσει ὅτι ἀνε- 2 δέχθη ἐνέχεται. Ὅθεν ἐάν σοι δώσω ἐντολήν, ν' ἀγοράσῃς τὸν Σεϊανὸν οἶκον ἀντὶ ἑκατόν, σὺ δ' ἀγοράσῃς τὸν Τιτιανὸν ἀντὶ πολὺ μεγαλειτέρου τιμήματος, ὅμως [καὶ ἂν] ἀντὶ ἑκατὸν ἢ ὀλιγώτε-

centum tamen aut etiam minoris, non videris implesse mandatum. 3 Item si mandavero tibi, ut fundum meum centum venderes tuque eum nonaginta vendideris et petam fundum, non obstabit mihi exceptio, nisi et reliquum mihi, quod deest mandatu meo, praestes et indemnem me per omnia con-

4 serves. Servo quoque dominus si praeceperit certa summa rem vendere, ille minoris vendiderit, similiter vindicare eam dominus potest nec ulla exceptione summoveri[1], nisi indemnitas ei praes-
5 tetur. Melior autem causa mandantis fieri potest, si, cum tibi mandassem, ut Stichum decem emeres, tu eum minoris emeris vel tantidem, ut aliud quicquam servo accederet: utroque enim casu aut non ultra pretium aut intra pretium fecisti.

(1) summovebitur (Mo.)

6 *ULPIANUS* Si remunerandi gratia honor intervenit, erit man-
1 dati actio. Si cui fuerit mandatum, ut negotia administraret, hac actione erit conveniendus nec recte negotiorum gestorum cum eo agetur: nec enim ideo est obligatus quod negotia gessit, verum idcirco quod mandatum susceperit: denique tenetur et si non ges-
2 sisset. Si passus sim aliquem pro me fideiubere vel alias intervenire, mandati teneor et, nisi pro invito quis intercesserit aut domandi animo aut negotium[2] gerens,

(2) suum προσθ. (Mo.)

3 erit mandati actio. Rei turpis nullum mandatum est et ideo hac

ρον, δὲν θεωρεῖσαι ὅτι ἐξεπλήρωσας τὴ

3 ἐντολήν. Ὡσαύτως ἐάν σοι δώσω ἐ
τολήν, νὰ πωλήσῃς ἀγρόν μου ἀν
ἑκατόν, σὺ δὲ ἐπώλησας αὐτὸν ἀντὶ ἑ
νενήκοντα, ἀπαιτῶ δ' [ἐγὼ] τὸν ἀγρόν
δὲν θέλει μοι ἀντιταχθῇ ἡ ἔνστασι
ἐκτὸς ἂν καὶ τὸ ὑπόλοιπον, ὅπερ ἔλλε
πει ἐκ τῆς ἐντολῆς μου, ἤθελες παρέ
σχει, καὶ ἐντελῶς ἤθελές με ἀποζημιω
4 σει. Ὡσαύτως δοῦλον ἐάν διέταξεν
κύριος νὰ πωλήσῃ πρᾶγμα ἀντὶ ὡρι
σμένου ποσοῦ, ἐκεῖνος δὲ ἀντὶ ὀλιγωτ
ρου ἐπώλησεν, ὁμοίως δύναται νὰ δι
δικήσῃ τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ θέλει ἀπο
κρουσθῇ διὰ ἐνστάσεώς τινος, ἐκτὸς ἐ
5 ἤθελε δοθῇ αὐτῷ ἀποζημίωσις. Κα
λιτέρα ὅμως δύναται ἡ θέσις τοῦ ἐντ
λῆς νὰ γείνῃ, ἐάν, ἐνῶ σοι ἐδωκα ἐντ
λήν, ν' ἀγοράσῃς τὸν Στίχον ἀντὶ δέκ
σὺ ἠγόρασας αὐτὸν ἀντὶ ὀλιγωτέρων
ἀντὶ τοσούτου μέν, ἀλλ' [οὕτως] ὥστ
νὰ προσαυξήσῃ ἕτερόν τι εἰς τὸν δο
λον· διότι ἐν ἑκατέρᾳ πειριπτώσει εἶ
οὐχὶ ὑπὲρ τὸ τίμημα εἴτε ἐντὸς τοῦ τ
μήματος ἐνήργησας.

6 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν χάριν ἀμοιβ
ἐμεσολάβησεν ἀντίδωρον, θέλει ὑπά
1 χει ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή. Ἐὰν
τινα ἐδόθη ἐντολή, νὰ διοικήσῃ ὑποθ
σεις, διὰ τῆς προκειμένης ἀγωγῆς θέλ
ἐνάγεσθαι, οὐδὲ θέλει ἐγκύρως ἐγερ
κατ' αὐτοῦ ἡ τῆς διοικήσεως ὑποθέσεω
διότι δὲν ἐνέχεται ἐκ τούτου, ὅτι ὑπ
θέσεις ἐδιοίκησεν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο, ὅ
ἐντολὴν ἀνεδέχθη· ὅθεν ἐνέχεται κ
2 ἂν μὴ ἐδιοίκησεν. Ἐὰν ἀφῆκα
ἐγγυηθῇ τις ὑπὲρ ἐμοῦ, ἢ ἄλλως
μεσολαβήσῃ, ἐνέχομαι ἐκ τῆς ἐντολῆ
καὶ θέλει ὑπάρχει ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγω
γή, ἐκτὸς ἂν τις ὑπὲρ μὴ θέλοντος ἐμ
σολάβησεν, ἢ μὲ σκοπὸν δωρεᾶς ἢ ὑπ
3 θεσιν ἰδίαν διοικῶν. Περὶ πράγματ
αἰσχροῦ οὐδόλως ὑπάρχει ἐντολή, κ

4 actione non agetur. Si tibi mandavero quod mea non intererat, veluti ut pro Seio intervenias vel ut Titio credas, erit mihi tecum mandati actio, ut Celsus libro septimo digestorum scribit, et ego

5 tibi sum obligatus. Plane si tibi mandavero quod tua intererat, nulla erit mandati actio, nisi mea quoque interfuit: aut, si non esses facturus, nisi ego mandassem, etsi mea non interfuit, tamen erit mandati actio. Apud Julianum libro tertio decimo digestorum quaeritur: si dominus iusserit procuratorem suum certam pecuniam sumere et faenerare periculo suo ita, ut certas usuras domino penderet dumtaxat, si pluris faenerare potuisset, ipse lucraretur, in creditam[1] pecuniam videtur, inquit, accepisse. plane si omnium negotiorum erat ei administratio mandata, mandati quoque eum teneri, quemadmodum solet mandati teneri debitor, qui creditoris sui

(1) creditum

7 negotia gessit. Marius Paulus quidam fideiusserat pro Daphnide mercedem pactus ob suam fideiussionem et sub nomine alterius ex eventu litis caverat sibi certam quantitatem dari: hic a Claudio Saturnino praetore majores fructus infere iussus erat et advocationibus ei idem Saturninus interdixerat. videbatur autem mihi judicatum solvi fideiussisse et quasi redemptor litis extitisse et velle a Daphnide mandati judicio consequi, quod erat condemnatus. sed

διὰ τοῦτο ἡ προκειμένη ἀγωγὴ δὲν 4 ἐγείρεται. Ἐάν σοι ἐνετειλάμην ὅ,τι ἐμὲ δὲν ἐνδιέφερε, λ. χ. νὰ μεσολαβήσῃς ὑπὲρ τοῦ Σείου, ἢ νὰ δανείσῃς εἰς τὸν Τίτιον, θέλει εἶσθαι δι' ἐμὲ κατὰ σοῦ ἀγωγὴ ἐκ τῆς ἐντολῆς, καθὰ ὁ Κέλσος ἐν βιβλ. ἑβδόμῳ τῶν πανδεκτῶν γράφει, καὶ ἐγὼ δ' ἀπέναντί σου 5 ἐνέχομαι. Βεβαίως ἐὰν ἐνετειλάμην σοι, ὅ,τι σὲ ἐνδιέφερεν, οὐδόλως θέλει ὑπάρχει ἀγωγὴ ἐκ τῆς ἐντολῆς, ἐκτὸς ἂν καὶ ἐμὲ ἐνδιέφερεν· ἤ, ἂν μὴ ἤθελες πράξει, ἂν ἐγὼ δὲν ἔδιδον ἐντολήν, θέλει ὑπάρχει ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή, καὶ 6 ἂν ἐμὲ δὲν ἐνδιέφερε. Παρ' Ἰουλιανῷ ἐν βιβλ. ιγ' τῶν πανδεκτῶν ἐξετάζεται [τὸ ἑξῆς]· ἐὰν κύριος ἤθελε διατάξει τὸν πληρεξούσιον αὐτοῦ νὰ λάβῃ ὡρισμένα χρήματα, καὶ νὰ τοκίσῃ ἐπὶ ἰδίῳ κινδύνῳ οὕτως, ὥστε ὡρισμένον τόκον μόνον νὰ πληρώνῃ εἰς τὸν κύριον, ἂν δὲ ἀντὶ περισσοτέρου ἤθελε δυνηθῇ νὰ τοκίσῃ, αὐτὸς οὗτος νὰ ὠφελῆται,— θεωρεῖται, λέγει, ὅτι ὡς πίστωσις τὰ χρήματα ἐλήφθησαν· βεβαίως ἐὰν ἀπασῶν τῶν ὑποθέσεων ἡ διοίκησις εἶχεν ἐνταλθῇ εἰς ἐκεῖνον, ἐνέχεται οὗτος καὶ ἐκ τῆς ἐντολῆς, ὡς συνήθως ἐνέχεται ἐκ τῆς ἐντολῆς ὁ ὀφειλέτης, ὁ διοικήσας ὑποθέσεις τοῦ πιστωτοῦ αὐτοῦ. 7 Μάριός τις Παῦλος ἠγγυήθη ὑπὲρ τοῦ Δάφνιδος συμφωνήσας μισθὸν διὰ τὴν ἐγγύησίν του, καὶ ἐν ὀνόματι ἑτέρου ἐκ τοῦ ἀποτελέσματος τῆς δίκης συνεφώνησε νὰ δοθῇ εἰς ἑαυτὸν ὡρισμένον ποσόν. (1) οὗτος ὑπὸ τοῦ πραίτωρος Κλαυδίου Σατουρνίνου διετάχθη νὰ καταβάλῃ καρποὺς περισσοτέρους [παρ' ὅσον μὲ τὸν μισθὸν ἰσοδυνάμουν], πρὸς δὲ ὁ αὐτὸς Σατουρνῖνος ἀπηγόρευσεν αὐτῷ τὴν συνηγορίαν· ἐφαίνετο δ' εἰς ἐμέ, ὅτι ἠγγυήθη νὰ καταβάλῃ τὸ δεδικασμένον, καὶ ὅτι ὡσεὶ ἀγοραστὴς

(1) Ἴδε ἑρμηνείαν ἐν Βασιλικοῖς.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

rectissime divi fratres rescripserunt nullam actionem eum propter suam calliditatem habere, quia mercede pacta accesserat ad talem redemptionem. Marcellus autem sic loquitur de eo qui pecunia accepta spopondit, ut, si quidem hoc actum est, ut suo periculo sponderet, nulla actione agat, sin vero non hoc actum est, utilis ei potius actio competat : quae sententia utilitati rerum consentanea est.

τῆς δίκης ἐγένετο, θέλει δὲ νὰ λάβ
παρὰ τοῦ Δάφνιδος διὰ τῆς ἀγωγ
τῆς ἐντολῆς, [ἐκεῖνο] εἰς ὃ κατεδικ
σθῃ· ὅμως ὀρθότατα οἱ αὐτοκράτορ
ἀδελφοὶ ἀντεπέστειλαν, ὅτι οὐδεμί
ἀγωγὴν ἔχει οὗτος ἕνεκα τῆς πανου
γίας του, διότι μισθὸν συμφωνήσας πρ
ἔβη εἰς τοιαύτην ἀγόρασιν· ὁ Μάρκελλ
ὅμως οὕτω λέγει περὶ ἐκείνου, ὅστις λ
βὼν χρήματα ὑπεσχέθη [ὡς ἐγγυητὴ
ὥστε, ἂν μὲν ἐσκοπεῖτο τοῦτο, νὰ ὑπ
σχεθῇ δηλ. ἐπὶ ἰδίῳ κινδύνῳ, δι' οὐδ
μιᾶς ἀγωγῆς νὰ ἐνάγῃ, ἂν ὅμως δὲν
σκοπεῖτο τοῦτο, ὠφέλιμος μᾶλλον
γωγὴ νὰ ἁρμόζῃ αὐτῷ· ἡ δὲ γνώμ
αὕτη συνάδει πρὸς τὴν χρησιμότη
τῶν δικαιοπραξιῶν.

7 *PAPINIANUS* Salarium procuratori constitutum si extra ordinem peti coeperit, considerandum erit, laborem dominus remunerare voluerit atque ideo fidem adhiberi placitis oporteat an eventum litium majoris pecuniae praemio contra bonos mores procurator redemerit.

7 *ΠΑΠΙΝΙΑΝΟΣ* Μισθὸς ὑπὲρ πληρ
ξουσίου ὁρισθεὶς ἐὰν ἐκτάκτως ἤρξα
ν' ἀπαιτῆται, δέον νὰ ἐξετάζηται,
ὁ κύριος ἠθέλησε τὸν κόπον ν' ἀνταμ
ψῃ, καὶ διὰ τοῦτο πρέπει νὰ παρέχ
ται ἡ εἰς τὰ συμφωνηθέντα πίστις,
ἢ τὴν ἔκβασιν τῆς δίκης ἀντὶ μεγαλ
τέρας χρηματικῆς ἀμοιβῆς ἐξηγόρα
ὁ πληρεξούσιος παρὰ τὰ χρηστὰ ἤθ

8 *ULPIANUS* Si procuratorem dedero nec instrumenta mihi causae reddat, qua actione mihi teneatur? et Labeo putat mandati eum teneri nec esse probabilem sententiam existimantium ex hac causa agi posse depositi : uniuscujusque enim contractus initium

8 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν πληρεξούσιον
ποίησα, μὴ ἀποδίδῃ δ' εἰς ἐμὲ τὰ
γραφα τῆς ὑποθέσεως, διὰ τίνος ἀγ
γῆς ἐνέχεται ἀπέναντί μου; ὁ Λαβέ
λοιπὸν φρονεῖ ὅτι οὗτος ἐκ τῆς ἐντολ
ἐνέχεται, οὐδ' εἶνε ἐπιδοκιμαστέα
γνώμη τῶν φρονούντων ὅτι ἐκ τῆς
τίας ταύτης δύναται νὰ ἐγερθῇ ἡ
παρακαταθήκης ἀγωγή· διότι ἑκάσ
συμβολαίου ἡ ἀρχὴ δέον νὰ ἐξετάζ

*1* spectandum et causam. Sed et si per collusionem procuratoris absolutus sit adversarius, mandati eum teneri : sed si solvendo non sit, tunc de dolo actionem adversus reum, qui per collusionem ab- *2* solutus sit, dandam ait. Sed et de lite quam suscepit exsequenda

*1* ται καὶ ἡ αἰτία. Ἀλλὰ καὶ ἂν
συμπαιγνίας τοῦ πληρεξουσίου ἀπο
λαγῇ ὁ ἀντίθετος, ἐκ τῆς ἐντολῆς ἐ
χεται ἐκεῖνος· ἀλλ' ἐὰν μὴ εἶνε ἀξ
χρεως, τότε ἡ τοῦ δόλου ἀγωγὴ πρέ
νὰ δίδηται, λέγει, κατ' ἐκείνου, ὅστις
*2* τῆς συμπαιγνίας ἀπηλλάγη. Ἀλ
καὶ περὶ δίκης ἣν πρὸς διεξαγωγὴν ἀ

3 mandati eum teneri constat. Si quis mandaverit alicui gerenda negotia ejus, qui ipse sibi mandaverat, habebit mandati actionem, quia et ipse tenetur (tenetur autem, quia agere[1] potest): quamquam enim vulgo dicatur procuratorem ante litem contestatam facere procuratorem non posse, tamen mandati actio est: ad agendum enim dumtaxat hoc facere non potest. 4 Si tutores mandaverint contutori suo mancipium emendum pupillo et ille non emerit, an sit mandati actio, et utrum tantum mandati an vero et tutelae? et Julianus distinguit: referre enim ait, cujus generis servum tutores uni tutorum mandaverint ut emeret. nam si supervacuum servum vel etiam onerosum, mandati actione tantum eum teneri, tutelae non teneri: si vero necessarium servum, tunc et tutelae eum teneri non solum, sed et ceteros: nam et si[2] mandassent, tenerentur tutelae, cur servum pupillo necessarium non comparaverunt: non sunt igitur excusati, quod contutori mandaverunt, quia emere debuerunt. plane habebunt nihilo minus mandati actionem, quia mandato non est obtemperatum. contra quoque Julianus ait tutorem qui emit mandati actionem habere adversus contutores suos.

(1) gerere (Mo.)
(2) alii προσθ. (Mo.)

5 Si liber homo, cum bona hde serviret, mandaverit Titio ut redimeretur et nummos ex eo pecu-

3 λαβε, γνωστὸν ὅτι ἐκ τῆς ἐντολῆς ἐνέχεται. Ἐάν τις ἐνετείλατο εἰς ἕτερον νὰ διοικήσῃ ὑποθέσεις τρίτου, ὅστις εἰς τοῦτον εἶχε δώσει ἐντολήν, θέλει ἔχει τὴν τῆς ἐντολῆς ἀγωγήν, καθόσον καὶ αὐτὸς οὗτος ἐνέχεται (ἐνέχεται δέ, διότι δύναται νὰ διοικήσῃ)· διότι καίτοι κοινῶς λέγεται ὅτι πληρεξούσιος πρὸ κατάρξεως τῆς δίκης δὲν δύναται νὰ ποιήσῃ [ἕτερον] πληρεξούσιον, ὅμως ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγὴ ὑπάρχει· διότι μόνον ὡς πρὸς τὴν ἀγωγὴν δὲν δύνα-
4 ται νὰ πράξῃ ἐκεῖνο. Ἐὰν ἐπίτροποι ἔδωκαν ἐντολὴν εἰς συνεπίτροπον ἑαυτῶν ν' ἀναγοράσῃ ἀνδράποδον διὰ τὸν ἄνηβον, οὗτος ὅμως δὲν ἠγόρασεν, ἆρά γε ὑπάρχει ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή, καὶ ἆρά γε μόνον ἡ τῆς ἐντολῆς, ἢ καὶ ἡ τῆς ἐπιτροπείας· ὁ Ἰουλιανὸς λοιπὸν διακρίνει· διότι λέγει ὅτι διαφέρει τίνος εἴδους δοῦλον οἱ ἐπίτροποι ἔδωκαν ἐντολὴν εἰς ἕνα ἐξ ἑαυτῶν ν' ἀγοράσῃ· διότι ἐὰν περιττὸν δοῦλον ἢ καὶ ἐπαχθῆ, ἐκ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς μόνον ἐνέχεται ἐκεῖνος, ἐκ τῆς ἐπιτροπείας δὲ δὲν ἐνέχεται· ἂν ὅμως ἀναγκαῖον δοῦλον, τότε καὶ ἐκ τῆς ἐπιτροπείας ἐκεῖνος ἐνέχεται, οὐχὶ δὲ μόνος [οὗτος], ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποί. διότι καὶ ἂν εἰς ἕτερον εἶχον δώσει ἐντολήν, θὰ ἐνείχοντο ἐκ τῆς ἐπιτροπείας, διότι δοῦλον ἀναγκαῖον εἰς τὸν ἄνηβον δὲν ἠγόρασαν· δὲν θέλουσι λοιπὸν εἶσθαι συγγνωστοί, διότι εἰς συνεπίτροπον ἔδωκαν ἐντολήν, καθόσον ὤφειλον ν' ἀγοράσωσι. βεβαίως θὰ ἔχωσιν οὐδὲν ἧττον τὴν ἐκ τῆς ἐντολῆς ἀγωγήν, διότι δὲν ἐδείχθη ὑπακοὴ εἰς τὴν ἐντολήν. τἀνάπαλιν ὡσαύτως ὁ Ἰουλιανὸς λέγει ὅτι ὁ ἀγορά-
5 σας ἐπίτροπος ἔχει τὴν ἀγωγὴν τῆς ἐντολῆς ἐναντίον τῶν ἑαυτοῦ συνεπιτρόπων. Ἐὰν ἐλεύθερος ἄνθρωπος, ἐνῷ καλῇ τῇ πίστει ἐδούλευεν, ἔδωκεν ἐντολὴν εἰς τὸν Τίτιον νὰ [τὸν] ἐξα-

lio dederit, quod ipsum sequi, non apud bonae fidei emptorem relinqui debuit, Titiusque pretio soluto liberum illum manumiserit,mox ingenuus pronuntiatus est[1], habere eum mandati actionem Julianus ait adversus eum cui se redimendum mandavit, sed hoc tantum inesse mandati judicio, ut sibi actiones mandet, quas habet adversus eum a quo comparavit. plane si eam pecuniam dederit, quae erat ex peculio ad bonae fidei emptorem pertinente, nullae ei, inquid Jutianus, mandari actiones possunt, quia nullas habet, cum ei suos nummos emptor dederit: quinimmo, inquit, ex vendito manebit obligatus, sed et haec actio inutilis est, quia quantum[2] fuerit consecutus, tantum empti judicio necesse habebit praestare.

(1) sit (Mo.)
(2) venditor προσθ. (Krueg.)

6 Mandati actio tunc competit, cum coepit interesse ejus qui mandavit: ceterum si nihil interest, cessat mandati actio, et eatenus competit, quatenus interest. ut puta mandavi tibi, ut fundum emeres: si intererat mea emi, teneberis: ceterum si eundem hunc fundum ego ipse emi vel alius mihi neque interest aliquid, cessat mandati actio. mandavi, ut negotia gereres: si nihil deperierit, quamvis nemo gesserit, nulla actio est, aut si alius idonee gesserit, cessat mandati actio. et in similibus hoc idem erit probandum.

27 *ΓΑΙΟΣ* Ἐάν τις ἔγραψεν εἰς ἕτερον ν' ἀπαλλάξῃ τὸν ὀφειλέτην αὐτοῦ, (τοῦ εἰς ὃν γράφει), ἐκεῖνος δὲ θὰ καταβάλῃ τὰ χρήματα, ἅτινα οὗτος (ὁ ὀφειλέτης) ὤφειλεν, ἐνέχεται ἐκ τῆς

1 ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς. Ἐάν σοι παραδώσω δοῦλον μὲ τὴν συμφωνίαν, νὰ τὸν χειραφετήσῃς μετὰ τὸν θάνατόν μου, ὑφίσταται ἐνοχή· δύναται δὲ καὶ ὡς πρὸς τὸ ἰδικόν μου πρόσωπον νὰ μεσο-

venire, veluti si paenitentia acta
2 servum reciperare velim. Qui mandatum suscepit, si potest id explere, deserere promissum officium non debet, alioquin quanti mandatoris intersit damnabitur: si vero intellegit explere se id officium non posse, id ipsum cum primum poterit debet mandatori nuntiare, ut is si velit alterius opera utatur: quod si, cum possit nuntiare, cessaverit, quanti mandatoris intersit tenebitur: si aliqua ex causa non poterit nuntia-
3 re, securus erit. Morte quoque ejus cui mandatum est, si is integro adhuc mandato decesserit, solvitur mandatum et ob id heres ejus, licet exsecutus fuerit mandatum, non habet manda-
4 ti actionem. Impendia mandati exsequendi gratia facta si bona fide facta sunt, restitui omnimodo debent, nec ad rem pertinet, quod is qui mandasset potuisset, si ipse negotium gereret, minus
5 impendere. Si mandatu meo Titio credideris et mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quam si actiones tuas, quas adversus Titium habes, mihi praestiteris. sed si cum Titio egeris, ego quidem non liberabor, sed in id dumtaxat tibi obligatus ero, quod a Titio servare non potueris.

28 *ULPIANUS* Papinianus libro tertio quaestionum ait mandatorem debitoris solventem ipso jure reum non liberare (propter mandatum enim suum solvit et suo

λαβήτη λόγος ἀγωγῆς, λ. χ. ἐὰν με
ταμεληθεὶς θέλω ν' ἀναλάβω τὸν δοῦ
2 λον. Ὅστις ἀνεδέχθη ἐντολήν, ἐὰ
δύναται νὰ διεξαγάγῃ ταύτην, ὀφειλ
νὰ μὴ καταλείπῃ τὴν ὑπηρεσίαν, ἠ
ὑπεσχέθη, ἄλλως καταδικάζεται εἰς
διαφέρον τοῦ ἐντολέως· ἂν ὅμως ἠ
ὅτι δὲν δύναται νὰ διεξαγάγῃ τὴν ὑπη
ρεσίαν ἐκείνην, ὀφείλει ν' ἀναγγέλλ
τοῦτο εὐθὺς ὡς δυνηθῇ εἰς τὸν ἐντολέ
ὥστε οὗτος ἐὰν θέλῃ νὰ μεταχειρισθ
τὴν ἐργασίαν ἑτέρου· διότι ἐαν, ἐ
ἠδύνατο ν' ἀναγγείλῃ, παρέλιπεν, θέλ
ἐνέχεσθαι εἰς τὸ διαφέρον τοῦ ἐντολέω
ἂν δ' ἔκτινος αἰτίας δὲν ἠδυνήθη ν' ἀναγ
3 γείλῃ, εἶνε ἀσφαλής. Ὡσαύτως δ
τοῦ θανάτου ἐκείνου, εἰς ὃν ἐδόθη ἡ
τολή, ἐὰν οὗτος ἀπέθανε χωρὶς νὰ γεί
ἔναρξις [τῆς ἐκτελέσεως] τῆς ἐντολ
λύεται ἡ ἐντολή, καὶ διὰ τοῦτο ὁ κλ
ρονόμος αὐτοῦ, καίτοι ἐκτελέσας τ
ἐντολήν, δὲν ἔχει τὴν ἀγωγὴν τῆς
4 τολῆς. Αἱ δαπαναι αἱ πρὸς ἐκτέλ
σιν τῆς ἐντολῆς γενόμεναι, ἐὰν κα
τῇ πίστει ἐγένοντο, δέον ἐξάπαντ
ν' ἀποδίδωνται, οὐδ' ἔχει ἐπιρροήν,
ὅτι ὁ ἐντολεὺς θὰ ἠδύνατο, ἐὰν αὐ
οὗτος ἐδιοίκει τὴν ὑπόθεσιν, ὀλιγώτε
5 νὰ δαπανήσῃ. Ἐὰν κατ' ἐν
λήν μου ἐδάνεισας εἰς τὸν Τιτιον
κατ' ἐμοῦ ἐνήγαγες ἐκ τῆς ἐντολ
δὲν πρέπει νὰ καταδικασθῶ ἄλλ
παρ' ἐάν μοι ἐκχωρήσῃς τὰς ἀγω
σου, ἃς ἐναντίον τοῦ Τιτίου ἔχεις. ἀ
ἐὰν κατὰ τοῦ Τιτίου ἐνήγαγες, ἐ
μὲν δὲν θέλω ἀπαλλαγῇ, ἀλλὰ δι' ἐ
νο μόνον θέλω ἐνέχεσθαι ἀπέναντί σ
ὅπερ παρὰ τοῦ Τιτίου δὲν ἤθελες
νηθῇ νὰ λάβῃς.

28 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὁ Παπινιανὸς
βιβλ. γ' τῶν ζητημάτων λέγει ὅτι
ἐντολεὺς τοῦ ὀφειλέτου καταβάλλ
δὲν ἀπαλλάσσει αὐτοδικαίως τὸν π
τοφειλέτην (καθόσον διὰ τὴν ἐαυ

nomine) ideoque mandatori actiones putat adversus reum cedi debere.

29 *IDEM* Si fideiussor conventus, cum ignoraret non fuisse debitori numeratam pecuniam, solverit ex causa fideiussionis, an mandati judicio persequi possit id quod solverit, quaeritur. et si quidem sciens praetermiserit exceptionem vel doli vel non numeratae pecuniae, videtur dolo versari (dissoluta enim neglegentia prope dolum est): ubi vero ignoravit, nihil est quod ei imputetur. pari ratione et si aliqua exceptio debitori competebat, pacti forte conventi vel cujus alterius rei, et ignarus hanc exceptionem non exercebit, dici oportet mandati ei actionem competere: potuit enim atque debuit reus promittendi certiorare fideiussorem suum, ne forte ignarus solvat indebitum. Non male tractabitur, si, cum ignoraret fideiussor inutiliter se obligatum, solverit, an mandati actionem habeat. et si quidem factum ignoravit, recipi ignorantia ejus potest, si vero ius, aliud dici debet. Si cum debitor solvisset, ignarus fideiussor solverit, puto eum mandati habere actionem: ignoscendum est enim ei, si non divinavit debitorem solvisse: debitor enim debuit notum facere fideiussori iam se solvisse, ne forte creditor obrepat et ignorantiam ejus circumveniat et excutiat ei summam, in quam fideiussit. Hoc idem

29 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν ἐγγυητὴς ἐναχθείς, ἐνῷ ἠγνόει ὅτι δὲν εἶχον μετρηθῆ τὰ χρήματα εἰς τὸν ὀφειλέτην, κατέβαλεν ἕνεκα τῆς ἐγγυήσεως, ἐρωτᾶται ἂν δύναται διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς νὰ ἐπιδιώξῃ ὅ,τι κατέβαλεν. καὶ ἂν μὲν γινώσκων [τὴν μὴ μέτρησιν] παρέλιπε τὴν ἔνστασιν εἴτε τοῦ δόλου εἴτε τῶν μὴ μετρηθέντων χρημάτων, θεωρεῖται ὅτι δολίως ἐνήργησε (διότι ἡ ἄκρατος ἀμέλεια πλησιάζει πρὸς δόλον)· ἂν ὅμως ἠγνόει, οὐδόλως δύναταί τις νὰ τὸν μεμφθῇ. καθ' ὅμοιον τρόπον καὶ ἂν τις ἔνστασις ἤρμοζεν εἰς τὸν ὀφειλέτην, ἡ τοῦ συμφωνηθέντος τυχὸν συμφώνου ἢ ἄλλου τινὸς πράγματος, ἀγνοῶν δὲ τὴν τοιαύτην ἔνστασιν δὲν ἐποίησε χρῆσιν, δέον νὰ λεχθῇ, ὅτι ἁρμόζει αὐτῷ ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή. διότι ἠδύνατο καὶ ὤφειλεν ὁ ὀφειλέτης νὰ γνωστοποιήσῃ εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἐγγυητήν, ἵνα μὴ τυχὸν ἀγνοῶν καταβάλῃ ἀχρεώστητον. Οὐχὶ κακῶς θέλει ἐξετασθῆ, ἐὰν ὁ ἐγγυητὴς ἀγνοῶν ὅτι ἀνωφελῶς ἐνέχεται, κατέβαλεν, ἔχει ἆρά γε τὴν τῆς ἐντολῆς ἀγωγήν; καὶ ἂν μὲν ἠγνόει τὸ γεγονός, δύναται ἡ ἄγνοια αὐτοῦ νὰ γείνῃ δεκτὴ [ὡς ἀποχρῶσα δικαιολογία]· ἂν ὅμως τὸ δίκαιον, ἄλλως δέον νὰ εἴπωμεν. Ἐάν, ἐνῷ ὁ ὀφειλέτης εἶχε καταβάλει, ἀγνοῶν ὁ ἐγγυητὴς κατέβαλε, φρονῶ ὅτι οὗτος ἔχει τὴν τῆς ἐντολῆς ἀγωγήν· διότι εἶνε ἄξιος συγγνώμης, ἐὰν μὴ ἐμάντευσεν ὅτι ὁ ὀφειλέτης κατέβαλε· καθόσον ὁ ὀφειλέτης ὤφειλε νὰ ποιήσῃ γνωστὸν εἰς τὸν ἐγγυητὴν ὅτι ἤδη κατέβαλεν, ἵνα μὴ τυχὸν ὁ πιστωτὴς διαλαθὼν καὶ τὴν ἄγνοιαν ἐκείνου φενακίζων εἰσπράξῃ παρ' αὐτοῦ τὸ ποσόν, δι' ὃ ἠγγυήθη. Αὐτὸ

tractari et in fideiussore potest, si, cum solvisset, non certioravit reum, sic deinde reus solvit quod solvere eum non oportebat. et credo, si, cum posset eum certiorare, non fecit, oportere mandati agentem fideiussorem repelli: dolo enim proximum est, si post solutionem non nuntiaverit debitori: cedere autem reus indebiti actione fideiussori debet, ne duplum creditor

4 consequatur. Quaedam tamen etsi sciens omittat fideiussor, caret fraude, ut puta si exceptionem procuratoriam omisit sive sciens sive ignarus: de bona fide enim agitur, cui non congruit de apicibus juris disputare, sed de hoc

5 tantum, debitor fuerit nec ne. In omnibus autem visionibus, quae praepositae sunt, ubi creditor vel non numeratam pecuniam accipit vel numeratam iterum accepit, repetitio contra eum competit, nisi ex condemnatione fuerit ei pecunia soluta: tunc enim propter auctoritatem rei judicatae repetitio quidem cessat, ipse autem stellionatus crimine propter suam

6 calliditatem plectetur. Fideiussor, si solus tempore liberatus tamen solverit creditori, recte mandati habebit actionem adversus reum: quamquam enim iam liberatus solvit, tamen fidem implevit et debitorem liberavit: si igitur paratus sit defendere reum adversus creditorem, aequissimum est

δὲ τοῦτο δύναται καὶ ὡς πρὸς τὸν ἐγγυητὴν νὰ λεχθῇ, ἐάν, ἀφοῦ κατέβαλε, δὲν ἐγνωστοποίησεν εἰς τὸν πρωτοφειλέτην, οὕτω δὲ κατόπιν ὁ πρωτοφειλέτης κατέβαλεν ὅ,τι δὲν ὤφειλε νὰ καταβάλῃ. πιστεύω δὲ ὅτι, ἐὰν δυνάμενος νὰ γνωστοποιήσῃ εἰς ἐκεῖνον, δὲν τὸ ἔπραξε, δέον νὰ ἀποκρούηται ὁ ἐγγυητὴς ἐνάγων ἐκ τῆς ἐντολῆς· διότι ἐγγύτατον τῷ δόλῳ εἶνε, ἐὰν μετὰ τὴν καταβολὴν δὲν ἀνήγγειλεν εἰς τὸν ὀφειλέτην· δέον ὅμως ὁ πρωτοφειλέτης νὰ ἐκχωρήσῃ εἰς τὸν ἐγγυητὴν τὴν ἀγωγὴν τοῦ ἀχρεωστήτου, ἵνα μὴ τὸ διπλοῦν
4 πιστωτὴς λαμβάνῃ. Τινὰ ὅμως καὶ ἂν ἐν γνώσει παραλίπῃ ὁ ἐγγυητής εἶνε ἀμέτοχος δόλου, ὡς λ. χ. ἐὰν παρέλιπε τὴν ἔνστασιν [τοῦ ἐγκύρου] τῆς πληρεξουσιότητος εἴτε γινώσκων εἴτε ἀγνοῶν [τὴν τοιαύτην ἔνστασιν]. διότι περὶ καλῆς πίστεως πρόκειται, πρὸς ἣν δὲν συμβιβάζεται νὰ φιλονεικῇ τις περὶ λεπτολογιῶν τοῦ δικαίου, ἀλλὰ περὶ τούτου μόνον, ἂν ὀφειλέτης ἦτο ἢ ὄχι.
5 Καθ' ὅλας δὲ τὰς περιπτώσεις αἵτινες προϋπετέθησαν, ἔνθα ὁ πιστωτὴς εἴτε μὴ καταβληθέντα [ὑπ' αὐτοῦ] χρήματα ἔλαβεν, εἴτε καταβληθέντα δὶς ἔλαβεν, ἀπαίτησις ἁρμόζει κατ' αὐτοῦ ἐκτὸς ἂν ἐκ καταδίκης κατεβλήθησαν αὐτῷ τὰ χρήματα· διότι τότε ἕνεκα τῆς αὐθεντίας τοῦ δεδικασμένου ἡ μὲν ἀναζήτησις ἀργεῖ, αὐτὸς δὲ ἕνεκα τῆς πανουργίας του τιμωρεῖται διὰ τὸ τῆ
6 κακοτροπίας ἔγκλημα. Ἐγγυητὴς ἐὰν μόνος [αὐτὸς] διὰ τοῦ χρόνου ἀπαλλαγεὶς κατέβαλε μολαταῦτα εἰς τὸν πιστωτήν, ἐγκύρως θέλει ἔχει τὴν τῆς ἐντολῆς ἀγωγὴν ἐναντίον τοῦ πρωτοφειλέτου· διότι εἰ καὶ ὢν ἤδη ἀπηλλαγμένος κατέβαλεν, ὅμως ἐτήρησε τὴν πίστιν, καὶ ἀπήλλαξε τὸν ὀφειλέτην. ἐὰν λοιπὸν εἶνε πρόθυμος νὰ ὑπερασπ

mandati judicio eum quod solvit reciperare. et ita Juliano videtur.

30 *JULIANUS* Si hominem tibi dedero, ut eum manumitteres, et postea procurator meus prohibuerit, ne manumitteres, an mandati agere possim, si tu eum manumiseris? respondi, si procurator justam causam habuit interpellandi manumissionem servi, quem in hoc solum acceperam, ut manumitterem, veluti si compererit eum postea[1] falsas rationes confecisse, insidias vitae prioris domini struxisse, tenebor, nisi denuntiationi procuratoris paruero: si vero nulla justa causa procuratori fuit denuntiandi, ne servus manumitteretur, non poterit mecum agi, quamvis ad libertatem eum perduxerim.

31 *IDEM* Si negotia mea mandavero gerenda ei, qui mihi actione in quadruplum tenebatur, post annum vero in simplum, etsi post annum cum eo mandati agam, praestare mihi quadruplum debebit: nam qui alterius negotia administranda suscipit, id praestare debet in sua persona, quod in aliorum.

32 *IDEM* Si hereditatem aliter aditurus non essem quam cautum mihi fuisset damnum praestari et hoc mandatum intercessisset, fore mandati actionem existimo. si quis autem mandaverit alicui, ne legatum a se repellat, longe ei dissi-

(1) postea cum

σῃ τὸν πρωτοφειλέτην ἐναντίον τοῦ πιστωτοῦ, εἶνε ἰσώτατον ν' ἀναλαμβάνῃ οὗτος διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς ὅ,τι κατέβαλεν. οὕτω δὲ καὶ εἰς τὸν Ἰουλιανὸν φαίνεται.

30 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ἐάν σοι δώσω δοῦλον, ἵνα χειραφετήσῃς αὐτόν, κατόπιν δ' ὁ πληρεξούσιός μου ἠμπόδισεν ὥστε νὰ μὴ χειραφετήσῃς, ἆρά γε δύναμαι νὰ ἐναγάγω ἐκ τῆς ἐντολῆς, ἐὰν σὺ ἐχειραφέτησας αὐτόν; ἀπήντησα ὅτι, ἐὰν ὁ πληρεξούσιος ἔσχεν εὔλογον αἰτίαν τοῦ νὰ ἐμποδίσῃ τὴν χειραφεσίαν τοῦ δούλου, ὃν πρὸς τοῦτο μόνον εἶχον λάβει, ἵνα χειραφετήσω, λ. χ. ἐὰν ἀνεκάλυψε κατόπιν ὅτι ἐκεῖνος ψευδεῖς λογαριασμοὺς εἶχε συντάξει, ἐπιβουλὰς τῆς ζωῆς τοῦ προτέρου κυρίου εἶχε ποιήσει, ἐνέχομαι ἂν μὴ εἰς τὴν ἀπαγόρευσιν τοῦ πληρεξουσίου ὑπακούσω· ἂν ὅμως μηδεμίαν εὔλογον αἰτίαν εἶχεν ὁ πληρεξούσιος πρὸς ἀπαγόρευσιν τῆς τοῦ δούλου χειραφεσίας, δὲν εἶνε δυνατὴ ἡ κατ' ἐμοῦ ἀγωγή, καίτοι εἰς ἐλευθερίαν ἐκεῖνον ἤγαγον.

31 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν δώσω ἐντολὴν πρὸς διοίκησιν ὑποθέσεών μου εἴς τινα, ὅττις ἐνείχετο ἀπέναντί μου διὰ τῆς ἀγωγῆς εἰς τὸ τετραπλοῦν, μετ' ἔτος δὲ εἰς τὸ ἁπλοῦν, — καὶ ἂν μετὰ τὸ ἔτος ἐναγάγω αὐτὸν ἐκ τῆς ἐντολῆς, ὀφείλει νά μοι παράσχῃ τὸ τετραπλοῦν· διότι ὅστις ἀναλαμβάνει νὰ διοικήσῃ ὑποθέσεις ἑτέρου, δέον νὰ εὐθύνηται ὡς πρὸς τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον, ὅσον ὡς πρὸς τὸ τῶν ἄλλων.

32 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν κληρονομίαν δὲν ἤθελον ἄλλως ὑπεισέλθει, παρ' ἐάν μοι παρείχετο ἀσφάλεια περὶ ἀποζημιώσεως, τοιαύτη δ' ἐντολὴ ἔλαβε χώραν, ὑπάρχει, φρονῶ, ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή. ἐάν τις ὅμως ἔδωκεν ἐντολὴν εἴς τινα, νὰ μὴ ἀπωθήσῃ κληροδοσίαν, εἶνε πολὺ διάφορον· διότι ἡ κληροδοσία ἀποκτη-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

mile esse: nam legatum adquisitum numquam illi damno esse potuit: hereditas interdum damnosa est. et in summa quicumque contractus tales sunt, ut quicumque[1] eorum nomine fideiussor obligari posset, et mandati obligationem consistere puto: neque enim multo referre, praesens quis interrogatus fideiubeat an absens vel praesens mandet. praeterea vulgo animadvertere licet mandatn creditorum hereditates suspectas adiri, quos mandati judicio teneri procul dubio est.

33 *IDEM* Rogatus ut fideiuberet si in minorem summam se obligavit, recte tenetur: si in majorem, Julianus verius putat quod a plerisque responsum est eum, qui [2]maiorem summam quam rogatus erat fideiussisset, hactenus mandati actionem habere, quatenus rogatus esset, quia id fecisset,quod mandatum ei est: nam usque ad eam summam, in quam rogatus erat, fidem ejus spectasse videtur qui rogavit.

34 *AFRICANUS* Qui negotia Lucii Titii procurabat, is, cum a debitoribus ejus pecuniam exegisset, epistulam ad eum emisit, qua significaret certam summam ex administratione apud se esse eamque creditam sibi se debiturum cum usuris semissibus: quaesitum est, an ex ea causa credita pecunia peti possit et an usurae peti possint. respondit non esse creditam: alioquin dicendum ex omni contractu nuda pactione pecuniam

(1) διαγρ. (Hal.)
(2) in προσθ.

θεῖσα, οὐδέποτε ἠδύνατο νὰ εἶνε ἐπιζημία εἰς ἐκεῖνον· ἡ δὲ κληρονομία εἶνε ἐνίοτε ἐπιζημία. καὶ γενικῶς ὅσα συμβόλαια εἶνε τοιαῦτα, ὥστε ἕνεκεν αὐτῶν νὰ δύναται νὰ ἐνέχηται ὁ ἐγγυητής, φρονῶ ὅτι καὶ ἡ τῆς ἐντολῆς ἐνοχὴ συνίσταται· διότι δὲν διαφέρει πολὺ ἄν τις παρὼν ἐπερωτώμενος ἐγγυᾶται ἢ ἀπὼν εἴτε παρὼν ἐντολὴν δίδῃ. ἐκτὸς τούτων κοινῶς δύναταί τις νὰ παρατηρήσῃ ὅτι κατ' ἐντολὴν τῶν πιστωτῶν αἱ ὕποπτοι κληρονομίαι γίνονται ἀποδεκταί, οἵτινες (πιστωταὶ) ἐνέχονται ἀναμφιβόλως διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς.

33 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ὁ παρακληθεὶς νὰ ἐγγυηθῇ, ἐὰν μὲν διὰ ποσὸν μικρότερον [τοῦ ὀφειλομένου] ὑπεχρέωσεν ἑαυτὸν ἐγκύρως ἐνέχεται· ἂν δὲ διὰ μεγαλείτερον, ὁ Ἰουλιανὸς ὀρθότερον φρονεῖ παρὰ τῶν πλείστων λεχθέν, ὅτι δηλ. ἐκεῖνος, ὅστις ἠγγυήθη διὰ μεγαλείτερον ποσὸν παρὰ δι' ὅσον παρεκλήθη, ἐπὶ τοσοῦτον ἔχει τὴν τῆς ἐντολῆς ἀγωγήν, δι' ὅσον παρεκλήθη, καθόσον ἔπρεπεν ἐξεν ἐκεῖνο, ὅπερ αὐτῷ ἐνετάλθη· διότι μέχρι τοῦ ποσοῦ, δι' ὃ εἶχε παρακληθῇ, θεωρεῖται ὅτι ἀπεῖδεν εἰς τὴν πίστιν τοῦ παρακαλέσαντος.

34 *ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ* Ὁ διαχειριζόμενος τὰς ὑποθέσεις τοῦ Λουκίου Τιτίου ἀφῆκε συνέλεξε χρήματα παρὰ τῶν ὀφειλετῶν τούτου, ἔπεμψεν αὐτῷ ἐπιστολήν, δι' ἧς ἐδήλου ὅτι ὡρισμένον ποσὸν ἐκ τῆς διαχειρίσεως εἶνε παρ' ἑαυτῷ, τοῦτο πιστωθὲν ἑαυτῷ θέλει ὀφείλει μετὰ τόκων ἡμιεκατοστιαίων· ἠρωτήθη, ἂν οὕτω δανεισθέντα χρήματα δύνανται νὰ ζητηθῶσι, καὶ ἂν τόκοι δύνανται νὰ ζητηθῶσιν. ἀπήντησεν [ὁ Ἀφρ.] ὅτι δὲν εἶνε δεδανεισμένα, ἄλλως θέλει λεχθῆ ὅτι ἐκ παντὸς συμβολαίου διὰ γενικῆς συμφωνίας δύνανται τὰ χρήματα νὰ καθίστανται δεδανεισμένα· οὐδ' εἰ

creditam fieri posse. nec huic simile esse, quod, si pecuniam apud te depositam convenerit ut creditam habeas, credita fiat, quia tunc nummi, qui mei erant, tui fiunt: item quod, si a debitore meo iussero te accipere pecuniam, credita fiat, id enim benigne receptum est. his argumentum esse eum, qui, cum mutuam pecuniam dare vellet, argentum vendendum dedisset, nihilo magis pecuniam creditam recte petiturum: et tamen pecuniam ex argento redactam periculo ejus fore, qui accepisset argentum. et in proposito igitur dicendum actione mandati obligatum fore procuratorem, ut, quamvis ipsius periculo nummi fierent tamen[1] usuras, de quibus convenerit, praestare debeat. Cum heres ex parte esses, mandavi tibi, ut praedium hereditarium mihi emeres certo pretio: emisti. pro coheredum quidem partibus non dubie mandati actio est inter nos. pro tua autem parte posse dubitari ait, utrumne ex empto an mandati agi oporteat: neque enim sine ratione quem existimaturum pro hac parte sub condicione contractam emptionem. quod quidem maxime quaeri pertinere ait, ut,[2] si forte prius quam emptio fieret decesserim et tu, cum scires me decessisse, propter mandatum meum alii vendere nolueris, an heres meus eo nomine tibi sit obligatus, et retro, si alii vendideris, an heredi meo tenearis. nam si

(1) procuratorem quamvis ipsius periculo nummi fierent : ut tamen (Mo.)

(2) ut ait (Mo.)

τούτου ὅμοιον τὸ ὅτι, ἐὰν χρήματα παρὰ σοὶ κατατεθειμένα συνεφωνήθη νὰ ἔχῃς δεδανεισμένα, καθίστανται δεδανεισμένα, καθόσον τότε τὰ νομίσματα, ἅτινα ἰδικά μου ἦσαν, ἰδικά σου καθίστανται. ὡσαύτως [δὲν εἶνε ὅμοιον] τὸ ὅτι, ἐάν σοι παραγγείλω νὰ λάβῃς παρὰ τοῦ ὀφειλέτου μου χρήματα, καθίστανται δεδανεισμένα· διότι τοῦτο ἐπιεικῶς ἐγένετο ἀποδεκτόν. τούτων ἀπόδειξις εἶνε ἐκεῖνος, ὅστις, θέλων νὰ δώσῃ δάνεια χρήματα, εἶχε δώσει ἄργυρον πρὸς πώλησιν· [ὁ τοιοῦτος] δύναται οὐδὲν ἧττον νὰ ἀπαιτήσῃ δανεισθέντα χρήματα· καὶ ὅμως τὰ ἐξ ἀργύρου ἐξαγόμενα χρήματα, θέλουσιν εἶσθαι ἐπὶ κινδύνῳ ἐκείνου, ὅστις εἶχε δεχθῇ τὸν ἄργυρον. καὶ ἐπὶ τοῦ προκειμένου λοιπὸν δέον νὰ λεχθῇ, ὅτι ὁ πληρεξούσιος θέλει ἐνέχεσθαι διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς, καίτοι ἐπὶ κινδύνῳ αὐτοῦ εἶνε τὰ νομίσματα, οὕτως ὅμως [ὥστε] νὰ ἐνέχηται διὰ τοὺς συμφωνηθέντας τόκους. 1 Ἐνῷ ἦσο κληρονόμος μερικός, ἐνετειλάμην σοι νά μοι ἀγοράσῃς κτῆμα κληρονομιαῖον ἀντὶ ὡρισμένου τιμήματος· ἠγόρασας. ὡς πρὸς τὰ μέρη μὲν τῶν συγκληρονόμων ὑπάρχει ἀναμφιβόλως μεταξὺ ἡμῶν ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή. ὡς πρὸς τὸ ἰδικόν σου ὅμως μέρος δύναται, λέγει, νὰ ὑπάρξῃ ἀμφιβολία, ἂν ἡ ἐκ τῆς ἀγοράσεως ἢ ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγὴ δέον νὰ ἐγερθῇ· διότι οὐχὶ ἀλόγως ἤθελέ τις θεωρήσει ὅτι ὡς πρὸς τὸ μέρος τοῦτο ὑπὸ αἵρεσιν συνήφθη ἡ ἀγόρασις. ὅπερ βεβαίως ἁρμόζει τὰ μέγιστα νὰ ἐξετασθῇ, ὥσ ε, λέγει, ἐὰν τυχὸν πρὶν ἢ γείνῃ ἡ ἀγόρασις ἀποθάνω, καὶ σύ, ἐνῷ γινώσκεις ὅτι ἀπέθανον, ἕνεκα τῆς ἐντολῆς μου δὲν θελήσῃς νὰ πωλήσῃς εἰς ἕτερον, ἆρά γε ὁ κληρονόμος μου ἐνέχεται ἐκ τούτου ἀπέναντί σου; καὶ τἀνάπαλιν, ἐὰν εἰς ἕτερον ἐπώλησας, ἆρά γε ἐνέχεσαι ἀπέναντι τοῦ

quidem sub condicione emptio facta videtur, potest agi quemadmodum si quaevis alia condicio post mortem exstitisset: sin vero perinde mandati agendum sit, ac si alienum fundum emi mandassem, morte insecuta, cum id scieris, resoluto mandato nullam tibi actionem cum herede meo fore sed et si mandati agendum esset, eadem praestanda, quae praestarentur, si ex empto ageretur.

35 *NERATIUS* Si fundum, qui ex parte tuus est, mandavi tibi ut emeres mihi, verum est mandatum posse ita consistere, ut mihi, céteris partibus redemptis etiam tuam pertem praestare debeas. sed si quidem certo pretio emendas eas mandaverim, quanticumque aliorum partes redemeris, sic et tua pars coartabitur, ut non abundet mandati quantitatem, in quam tibi emendum totum mandavi: sin autem nullo certo pretio constituto emere tibi mandaverim tuque ex diversis pretiis partes ceterorum redemeris, et tuam partem viri boni arbitratu aestimato pretio dari oportet,

36 *IAVOLENUS* ita ut omnes summas majores et minores coacervet et ita portionem ei qui mandatum suscepit praestet. quod et

1 plerique probant. Simili modo et in illa specie, ubi certo pretio tibi emere mandavi et aliarum partium nomine commode negoti-

κληρονόμου μου; διότι ἂν μὲν ὑπὸ αἵ-
ρεσιν ἡ ἀγόρασις θεωρῆται γενομένη,
δύναται νὰ ἐγερθῇ ἀγωγή, καθὼς ἐὰν
οἱαδήποτε ἄλλη αἵρεσις μετὰ θάνατον
ἤθελε πληρωθῇ· ἂν ὅμως οὕτω δέον νὰ
ἐγερθῇ ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή, ὡς ἐὰν
ἔδωκα ἐντολὴν ν' ἀγορασθῇ ἀλλότριος
ἀγρός, διὰ τοῦ ἐπακολουθήσαντος θανά-
του, ἐπειδὴ ἐγίνωσκες αὐτόν, λυθείσης
τῆς ἐντολῆς οὐδεμία θέλει εἶσθαι ὑπέρ σοῦ ἀγωγὴ κατὰ τοῦ κληρονόμου μου, ἀλλὰ καὶ ἂν ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγὴ ἤθελεν ἐγερθῇ, τὰ αὐτὰ δέον νὰ παρέχωνται, ἅτινα θὰ παρείχοντο, ἐὰν ἡ τῆς ἀγοράσεως ἀγωγὴ ἤθελεν ἐγερθῇ.

35 *ΝΕΡΑΤΙΟΣ* Ἐὰν ἀγρόν, ὅστις εἶ-
νε μερικῶς ἰδικός σου, ἐνετειλάμην σοι
νὰ μοὶ τὸν ἀγοράσῃς, εἶνε ὀρθὸν ὅτι δύ-
ναται νὰ ὑπάρξῃ ἐντολὴ οὕτως, ὥστε
ἀφοῦ τὰ λοιπὰ μέρη ἐξαγορασθῶσιν ὑπ'
ἐμοῦ, νὰ ὀφείλῃς νὰ παράσχῃς καὶ τὸ
ἰδικόν σου μέρος. ἀλλ' ἐὰν μὲν ἀντὶ ὡ-
ρισμένου τιμήματος ἐνετειλάμην ν' ἀ-
γορασθῶσιν, ἀντὶ ὁσουδήποτε ἤθελε
ἀγοράσει τὰ μέρη τῶν ἄλλων, οὕτω
καὶ τὸ ἰδικόν σου μέρος θέλει ὑποχρεω-
θῇ, ὥστε νὰ μὴ ὑπερβῇ τὸ ποσὸν τῆς
ἐντολῆς, ἀνθ' ὅσου ἐνετειλάμην σοι ν' ἀ-
γοράσῃς, ἂν ὅμως χωρὶς μηδὲν ὡρισμέ-
νον τίμημα νὰ τεθῇ ἐνετειλάμην σοι ν'
ἀγοράσῃς, σὺ δὲ ἀντὶ διαφόρων τιμῶν
ἠγόρασας τὰ μέρη τῶν λοιπῶν, καὶ τὸ
ἰδικόν σου μέρος πρέπει νὰ δοθῇ ἀντὶ
τιμήματος κατὰ τὴν κρίσιν ἀνδρὸς ἀ-
γαθοῦ ὁρισθησομένου,

36 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* οὕτω ὥστε πάντα
τὰ ποσὰ μεγάλα καὶ μικρὰ νὰ ἀθροί-
ζωνται, καὶ τότε νὰ παρέχηται τὸ ἀ-
ναλογοῦν εἰς τὸν ἀναδεχθέντα τὴν ἐν-
τολήν. τοῦτο δ' οἱ πλεῖστοι ἐπιδοκιμάζ-
ζουσι. Καθ' ὅμοιον τρόπον καὶ ἐν τῇ
περιπτώσει ἐκείνῃ, ἔνθα ἐνετειλάμην
σοι ἀντὶ ὡρισμένου τιμήματος ν' ἀγο-
ράσῃς, καὶ ὡς πρὸς τὰ τῶν ἄλλων μέρη

am gessisti et vilius emeris, pro tua parte tantum tibi praestatur, quanti interest tua, dummodo infra id pretium, quod mandato continetur. quid enim fiet, si exiguo pretio hi, cum quibus tibi communis fundus erat, rem abicere vel necessitate rei familiaris vel alia causa cogerentur? non etiam tu ad idem dispendium deduceris. sed nec lucrum tibi ex hac causa adquirere debes, cum mandatum gratuitum esse debet: neque enim tibi concedendum est propter hoc venditionem impedire, quod animosiorem ejus rei emptorem esse quam tibi mandatum est cognoveris. Quod si fundum, qui per partes venit, emendum tibi mandassem, sed ita, ut non aliter mandato tenear, quam si totum fundum emeres: si totum emere non potueris, in partibus emendis tibi negotium gesseris (sive habueris in eo fundo partem sive non): et eveniet, ut is cui tale mandatum datum est periculo suo interim partes emat et, nisi totum emerit, ingratis eas retineat. nam propius est, ut cum huiusmodi incommodis mandatum suscipi possit praestarique officium et in partibus emendis perinde atque in toto debeat ab eo, qui tale mandatum sua sponte suscepit. Quod si mandassem tibi, ut fundum mihi emeres, non addito eo, ut non aliter mandato tenear, quam si totum emeres, et ut partem vel quas-

λυσιτελῶς ἐνήργησας καὶ εὐτελέστερον ἠγόρασας, —διὰ τὸ ἰδικόν σου μέρος τοσοῦτόν σοι παρέχεται, ὅσον σε ἐνδιαφέρει, ἀρκεῖ νὰ περιλαμβάνηται ἐν τῷ τιμήματι τῆς ἐντολῆς. διότι τί θέλει συμβῆ, ἐὰν ἐκεῖνοι, μεθ' ὧν εἶχες τὸν ἀγρόν, ἀντὶ εὐτελοῦς τιμήματος ἤθελον ἀναγκασθῆ νὰ παραιτήσωσι τὸ πρᾶγμα εἴτε ἐξ οἰκογενειακῆς ἀνάγκης εἴτε ἄλλης αἰτίας; δὲν θέλεις μὲν ἀναγκασθῆ καὶ σὺ εἰς τὴν αὐτὴν ζημίαν, ἀλλ' οὐδὲ ὠφέλειαν ἐκ τοῦ λόγου τούτου δέον νὰ ἔχῃς, ἀφοῦ ἡ ἐντολὴ πρέπει νὰ εἶνε δωρεάν· καθόσον δὲν θέλει σοὶ ἐπιτραπῆ νὰ ἐμποδίσῃς τὴν πώλησιν διὰ τοῦτο, διότι ἔμαθες ὅτι ὁ ἀγοραστὴς ἔχει διὰ τὸ πρᾶγμα ἔφεσιν μείζονα, παρ' ὅσον σοι ἐνετάλθη. Ἂν ὅμως ἀγρὸν, ὅστις κατὰ μέρη πωλεῖται, ἐνετειλάμην σοι ν' ἀγοράσῃς, ἀλλ' οὕτως ὥστε νὰ μὴ ἐνέχωμαι ἐκ τῆς ἐντολῆς ἄλλως, παρ' ἐὰν ὁλόκληρον τὸν ἀγρὸν ἤθελες ἀγοράσει,— ἐὰν ὁλόκληρον δὲν ἤθελες δυνηθῆ ν' ἀγοράσῃς, ὡς πρὸς τ' ἀγορασθέντα μέρη *ἰδικήν σου* ὑπόθεσιν ἐδιοίκησας (εἴτε ἔσχες μερίδιον ἐπὶ τοῦ ἀγροῦ, εἴτε ὄχι)· καὶ θέλει συμβῆ ὥστε ἐκεῖνος, εἰς ὃν τοιαύτη ἐντολὴ ἐδόθη, ν' ἀγοράζῃ ἐν τῷ μεταξὺ τὰ μέρη ἐπὶ ἰδίῳ κινδύνῳ, καὶ ἂν μὴ τὸ ὅλον ἤθελεν ἀγοράσει, νὰ κρατῇ ταῦτα παρὰ τὴν θέλησίν του· διότι μᾶλλον ἁρμόζον εἶνε, ὥστε μετὰ τοιούτου εἴδους δυσχερειῶν νὰ δύναται νὰ γίνηται ἀναδοχὴ τῆς ἐντολῆς, καὶ δέον τόσον διὰ τὴν ἀγορὰν τῶν μερῶν ὅσον καὶ διὰ τὴν τοῦ ὅλου νὰ παρέχηται ἡ ὑπηρεσία ὑπ' ἐκείνου, ὅστις τοιαύτην ἐντολὴν οἰκείᾳ βουλήσει ἀνεδέχθη. Ἂν ὅμως ἐνετειλάμην σοι, νὰ μοὶ ἀγοράσῃς ἀγρόν, χωρὶς νὰ προσθέσω ὅτι δὲν θὰ ἐνέχωμαι ἐκ τῆς ἐντολῆς ἄλλως, παρ' ἐὰν ὁλόκληρον ἤθελες ἀγοράσει, σὺ δὲ μέρος ἢ τινα μέρη αὐτοῦ

dam partes ejus emeris, tum habebimus sine dubio invicem mandati actionem, quamvis reliquas partes emere non potuisses.

37 *AFRICANUS* Hominem certum pro te dari fideiussi et solvi: cum mandati agatur, aestimatio ejus ad id potius tempus, quo solutus sit, non quo agatur, referri debet, et ideo etiamsi mortuus fuerit, nihilo minus utilis ea actio est. aliter in stipulatione servatur: nam tunc id tempus spectatur quo agitur, nisi forte aut per promissorem steterit, quo minus sua die solveret, aut per creditorem, quo minus acciperet: etenim neutri eorum frustratio sua prodesse debet.

38 *MARCELLUS* Lucius Titius Publio Maevio filio naturali domum communem permisit non donationis causa creditori filii obligare: postea Maevio defuncto relicta pupilla tutores ejus judicem adversus Titium acceperunt et Titius de mutuis petitionibus: quaero, an domus pars, quam Titius obligandam filio suo accommodavit, arbitratu judicis liberari debeat. Marcellus respondit, an et quando debeat liberari, ex persona debitoris itemque ex eo, quod inter contrahendes actum esset, ac tempore, quo res de qua quaereretur obligata fuisset, judicem aestimaturum: est enim earum specierum judicialis quaestio, per quam res expediatur, non absimi-

ἠγόρασας, τότε θέλομεν ἔχει ἄνευ ἀμ-
φιβολίας ἀμοιβαίως τὴν τῆς ἐντολῆ
ἀγωγήν, καίτοι τὰ λοιπὰ μέρη δὲ
ἠδυνήθης ν' ἀγοράσῃς.

37 *ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ* Δοῦλον ὡρισμένο
ὑπὲρ σοῦ ἠγγυήθην νὰ δώσω καὶ ἔδω
κα· ὅτε δ' ἠγέρθη [ὑπ' ἐμοῦ κατὰ σοῦ
ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή, ἡ διατίμησις ἐ
κείνου δέον ν' ἀναφέρηται μᾶλλον εἰ
τὸν χρόνον καθ' ὃν ἐδόθη, παρὰ καθ' ὃ
ἐγείρεται ἡ ἀγωγή, καὶ διὰ τοῦτο κα
ἂν ἀπέθανε, θέλει εἶσθαι οὐδὲν ἧττο
ὠφέλιμος ἡ ἀγωγὴ αὕτη. ἄλλως ἐπ
ἐπερωτήτεως τηρεῖται, διότι τότε ἐκεῖ
νος ὁ καιρὸς λαμβάνεται ὑπ' ὄψιν, καθ
ὃν ἐγείρεται ἡ ἀγωγή, ἐκτὸς ἐὰν τυ
χὸν εἴτε ἐκ τοῦ ὑποσχεθέντος (ὀφειλέ
του) προῆλθεν ἡ μὴ ἐμπρόθεσμος κα
ταβολή, εἴτε ἐκ τοῦ πιστωτοῦ ἡ μ
ἀποδοχή. διότι οὐδέτερον αὐτῶν πρέ
πει νὰ ὠφελῇ ἡ ἰδία ὑπέρθεσις.

38 *ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ* Ὁ Λούκιος Τίτι
εἰς τὸν Πούβλιον Μαίβιον, υἱὸν φυσικόν
ἐπέτρεψεν, οὐχὶ χάριν δωρεᾶς, νὰ ὑπο
χρεώσῃ οἶκον κοινὸν ἀπέναντι πιστω
τοῦ τοῦ υἱοῦ [Μαιβίου]· κατόπιν ἀπο
θανόντος τοῦ Μαιβίου καὶ καταλειφθε
σης ἀνηλίκου θυγατρός, οἱ ἐπίτροπ
ταύτης ἦλθον εἰς δίκην μετὰ τοῦ Τι
τίου περὶ ἀμοιβαίων ἀπαιτήσεων· ἐρω
τᾶται, ἂν τῆς οἰκίας τὸ μέρος, ὅπερ
Τίτιος ἐπέτρεψεν εἰς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ν
ὑποχρεώσῃ, δέον διὰ τῆς κρίσεως τ
δικαστοῦ ν' ἀπαλλάσσηται. ὁ Μάρκε
λος ἀπήντησεν· ἂν καί ποτε δέον ν' ἀ
παλλάσηται, θέλει ἐκτιμήσει ὁ δικα
στὴς ἐκ τοῦ προσώπου τοῦ ὀφειλέτο
ὡσαύτως ἐξ ἐκείνου, ὅπερ μεταξὺ τ
συμβαλλομένων συνεφωνήθη, καὶ τ
χρόνου, καθ' ὃν τὸ προκείμενον πρᾶγμ
ὑπεχρεώθη· διότι αἱ περιστάσεις αὐτ
ὑπόκεινται εἰς δικαστικὴν ἔρευναν,
ἧς ἡ ὑπόθεσις κανονίζεται, οὐχὶ ἀν
μία ἐκείνης, ἥτις συχνότατα ἐνεργ

retur. nec tamen semper exspectandum est, ut solvat aut judicio accepto condemnetur, si diu in solutione reus cessabit aut certe bona sua dissipabit, praesertim si domi pecuniam fideiussor non habebit, qua numerata creditori mandati actione reum conveniat.

39 *NERATIUS* Et Aristoni et Celso patri placuit posse rem hac condicione deponi mandatumque suscipi, ut res periculo ejus sit qui depositum vel mandatum suscepit: quod et mihi verum esse videtur.

40 *PAULUS* Si pro te praesente et vetante fideiusserim, nec mandati actio nec negotiorum gestorum est: sed quidam utilem putant dari oportere: quibus non consentio, secundum quod et Pomponio videtur.

41 *GAIUS* Potest et ab una dumtaxat parte mandati judicium dari: nam si is qui mandatum suscepit egressus fuerit mandatum, ipsi quidem mandati judicium non competit, at ei qui mandaverit adversus eum competit.

42 *ULPIANUS* Si mandavero tibi, ut excuteres vires hereditatis, et tu, quasi minor sit, eam a me emeris, et[1] mandati mihi teneberis. tantundem et si tibi mandavi, ut vires excuteres ejus cui eram crediturus et renuntiaveris eum idoneum esse.

(1) διαγρ.

ται, [ὅπως γνωσθῇ] ἂν ὁ ἐγγυητὴς καὶ πρὶν ἡ καταβάλῃ δύναται νὰ ἐναγάγῃ, ὅπως ἀπαλλαγῇ· δὲν πρέπει λοιπὸν πάντοτε ν' ἀναμένωμεν ὥστε νὰ καταβάλῃ, ἢ ἀποδεχόμενος τὴν δίκην νὰ καταδικασθῇ, ἐὰν ἐπὶ πολὺ ὁ πρωτοφειλέτης βραδύνῃ τὴν καταβολήν, ἢ βεβαίως τὴν ἑαυτοῦ περιουσίαν διασκορπίζῃ, μάλιστα ἐὰν ὁ ἐγγυητὴς δὲν ἔχῃ ἐν τῷ οἴκῳ χρήματα, ἅτινα καταβάλλων εἰς τὸν πιστωτήν, νὰ ἐναγάγῃ τὸν πρωτοφειλέτην διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς.

39 *ΝΕΡΑΤΙΟΣ* Καὶ ὁ Ἀρίστων καὶ ὁ Κέλσος, πατήρ, ἐδέχθησαν ὅτι δύναται νὰ κατατεθῇ πρᾶγμα, ἢ νὰ γείνῃ ἀναδοχὴ ἐντολῆς ὑπὸ τὴν συμφωνίαν νὰ εἶνε τὸ πρᾶγμα ἐπὶ κινδύνῳ τοῦ ἀναδεχθέντος τὴν παρακαταθήκην ἢ τὴν ἐντολήν· τοῦτο δὲ καὶ εἰς ἐμὲ φαίνεται ὅτι εἶνε ὀρθόν.

40 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν ὑπὲρ σοῦ παρόντος καὶ ἀπαγορεύοντος ἠγγυήθην, οὔτε ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγὴ οὔτε ἡ τῆς διοικήσεως ὑποθέτεων ὑπάρχει· ἀλλά τινες φρονοῦσιν ὅτι πρέπει νὰ δίδηται ὠφέλιμος. πρὸς τούτους δὲν συμφωνῶ· οὕτω δὲ καὶ ὁ Πομπώνιος φρονεῖ.

41 *ΓΑΪΟΣ* Δύναται καὶ ἐξ ἑνὸς μόνον μέρους νὰ δοθῇ ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή· διότι ἐὰν ὁ ἀναδεχθεὶς ἐντολὴν ἤθελεν ὑπερβῇ ταύτην, ὑπὲρ τούτου μὲν ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγὴ δὲν ἁρμόζει, ὅμως ὑπὲρ αὐτοῦ, ὅστις ἐνετείλατο, ἐναντίον ἐκείνου ἁρμόζει.

42 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν ἐνετειλάμην σοι, νὰ ἐξερευνήσῃς τὸ ποσὸν κληρονομίας [εἰς ἐμὲ καταλειφθείσης], σὺ δέ, ὡσεὶ ἦτο μικροτέρα [τοῦ ἀληθοῦς], ἠγόρασας αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, θέλεις ἐνέχεσθαι ἀπέναντί μου ἐκ τῆς ἐντολῆς. τὸ αὐτὸ καὶ ἂν σοι ἐνετειλάμην, νὰ ἐξερευνήσῃς τὴν περιουσίαν τινός, ὃν ἔμελλον νὰ δανείσω, καὶ ἀνήγγειλας ὅτι οὗτος εἶνε ἀξιόχρεως

43 *IDEM* Qui mandatum suscepit, ut pecunias in diem collocaret, isque hoc fecerit, mandati conveniendus est, ut cum dilatione temporis actionibus cedat.

44 *IDEM* Dolus est, si quis nolit persequi quod persequi potest, aut si quis nolit quod exegerit solvere.

45 *PAULUS* Si mandatu meo fundum emeris, utrum cum dederis pretium ageres mecum mandati, an et antequam des, ne necesse habeas res tuas vendere? et recte dicitur in hoc esse mandati actionem, ut suscipiam obligationem, quae adversus te venditori competit: nam et ego tecum agere possum, ut praestes mihi adversus venditorem empti actiones.

1 Sed si mandatu meo judicium suscepisti, manente judicio sine justa causa non debes mecum agege, ut transferatur judicium in me: nondum enim perfecisti manda-
2 tum. Item si, dum negotia mea geris, alicui de creditoribus meis promiseris, et antequam solvas dicendum est te agere posse, ut obligationem suscipiam: aut si nolit creditor obligationem mutare, cavere tibi debeo defensurum te.

3 Si judicio te sisti promisero nec exhibuero, et antequam praestem mandati agere possum, ut me liberes: vel si pro te reus promit-

4 tendi factus sim. Sed si mandavero tibi, ut creditori meo solvas, tuque expromiseris et ex ea causa damnatus sis, humanius est et in

43 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ὅστις ἀνεδέχθη ἐντολήν, νὰ τοποθετήσῃ χρήματα ὑπὸ προθεσμίαν, καὶ ἔπραξε τοῦτο, δέον ἐκ τῆς ἐντολῆς νὰ ἐνάγηται, ὥστε ἅμα τῇ παρελεύσει τοῦ χρόνου νὰ ἐκχωρῇ τὰς ἀγωγάς.

44 *Ο ΑΥΤΟΣ* Δόλος εἶνε, ἐάν τις μὴ θέλῃ νὰ ἐπιδιώξῃ, ὅ,τι νὰ ἐπιδιώξῃ δύναται, ἢ ἐάν τις μὴ θέλῃ νὰ καταβάλῃ ὅ,τι εἰσέπραξεν.

45 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν κατ' ἐντολήν μου ἠγόρασας ἀγρόν, ἆρά γε ἀφοῦ δώσῃς τὸ τίμημα δύνασαι νὰ μ' ἐναγάγῃς ἐκ τῆς ἐντολῆς, ἢ καὶ πρὶν ἢ δώσῃς, ὥστε νὰ μὴ περιέλθῃς εἰς τὴν ἀνάγκην νὰ πωλήσῃς ἰδικά σου πράγματα; ὀρθῶς λοιπὸν λέγεται ὅτι διὰ τοῦτο ὑπάρχει ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή, ὅπως ἀναλάβω τὴν ἐνοχήν, ἥτις ἐναντίον σου ἀρμόζει εἰς τὸν πωλητήν· διότι καὶ ἐγὼ δύναμαι νὰ σὲ ἐναγάγω, ὅπως μοὶ ἐκχωρήσῃς τὰς ἐναντίον τοῦ πωλητοῦ ἀγω-
1 γὰς τῆς ἀγοράσεως. Ἀλλ' ἐὰν κατ' ἐντολήν μου ἀνεδέχθης δίκην, διαρκούσης ταύτης δὲν δύνασαι ἄνευ εὐλόγου αἰτίας νὰ μὲ ἐναγάγῃς, ὥστε νὰ μεταβιβασθῇ ἡ δίκη κατ' ἐμοῦ. διότι δὲν
2 ἐξετέλεσας εἰσέτι τὴν ἐντολήν. Ὡσαύτως ἐάν, ἐνῷ ἐδιοίκεις ὑποθέσεις μου, ὑπεσχέθης εἴς τινα ἐκ τῶν πιστωτῶν μου, καὶ πρὶν ἢ καταβάλῃς θέλεις λεχθῇ ὅτι δύνασαι νὰ ἐναγάγῃς, ὥστε ν' ἀναλάβω τὴν ἐνοχήν· ἢ ἐὰν μὴ θέλῃ ὁ πιστωτὴς νὰ μεταβάλῃ τὴν ἐνοχήν, ὀφείλω νὰ σοὶ ἐγγυηθῶ ὅτι θέλω σε ὑ-
3 περασπίσει. Ἐὰν ὑπεσχέθην νὰ σὲ ἐμφανίσω ἐν δίκῃ, καὶ δὲν παρουσίασα, δύναμαι καὶ πρὶν ἢ καταβάλω νὰ ἐναγάγω ἐκ τῆς ἐντολῆς, ὅπως μὲ ἀπαλλάξῃς· ὡσαύτως ἐὰν ὑπὲρ σοῦ ἐγενόμην
4 ἐξ ἐπερωτήσεως ὀφειλέτης. Ἀλλ' ἐὰν ἐνετειλάμην σοι, νὰ καταβάλῃς εἰς πιστωτήν μου, σὺ δ' ὑπεσχέθης καὶ ἐκ τούτου κατεδικάσθης, φιλανθρωπότε-

hoc casu mandati actionem tibi
5 competere.Quotiens autem ante
solutam pecuniam mandati agi
posse diximus, faciendi causa, non
dandi tenebitur reus: et est ae-
quum, sicut mandante aliquo ac-
tionem nacti cogimnr eam prae-
stare judicio mandati, ita ex ea-
dem causa obligatos habere man-
6 dati actionem, ut liberemur. Si
fideiussor multiplicaverit sum-
mam, in quam fideiussit, sumpti-
bus ex justa ratione factis, totam
eam praestabit is pro quo fideius-
7 sit. Quod mihi debebas a debi-
tore tuo stipulatus sum periculo
tuo: posse me agere tecum man-
dati in id, quod minus ab illo ser-
vare potero, Nerva Atilicinus
aiunt, quamvis id mandatum ad
quam rem pertineat, et merito:
nunc enim liberatur is qui debi-
torem delegat, si nomen ejus cre-
ditor secutus est, non cum perí-
culo debitoris ab eo stipulatur.

8 Idem juris est, si mandatu fide-
iussoris cum reo egissem, quia se-
quenti mandato[1] liberaretur ex
priore causa.

(1) sequente me mandatum (Mo.)

46 *IDEM* Si quis pro eo spo-
ponderit, quia ita promisit: «si
Stichum non dederis, centum mi-
lia dabis»? et Stichum redemerit
vilius et solverit, ne centum mi-
lium stipulatio committatur, con-

ρον εἶνε νὰ ἁρμόζῃ εἰς σὲ καὶ ἐν τῇ πε-
ριπτώσει ταύτῃ ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή.
5 Ὁσάκις δὲ πρὸ καταβολῆς τῶν χρη-
μάτων εἴπομεν ὅτι δύναται νὰ ἐγερθῇ
ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή, ἐνέχεται ὁ πρω-
τοφειλέτης οὐχὶ εἰς τὸ νὰ δώσῃ ἀλλ'
εἰς τὸ νὰ ποιήσῃ [ὥστε ν' ἀπαλλαγῇ ὁ
ἐντολοδόχος ἐγγυητής]· εἶνε λοιπὸν ἴ-
σον, ὡς ἀποκτῶντες κατ' ἐντολήν τινος
ἀγωγὴν ἀναγκαζόμεθα νὰ ἐκχωρῶμεν
αὐτὴν διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς,
οὕτως ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας ὑποβαλλό-
6 μενοι εἰς ἐνοχήν, νὰ ἔχωμεν τὴν ἀγω-
γὴν τῆς ἐντολῆς, ὥστε ν' ἀπαλλατ-
τώμεθα. Ἐὰν ὁ ἐγγυητὴς ἐπολλαπλα-
σίασε τὸ ποσόν, δι' ὃ ἠγγυήθη, ποιή-
σας ἐξ εὐλόγου αἰτίας ἔξοδα, ὁλόκλη-
ρον τοῦτο θέλει παράσχει ἐκεῖνος ὑπὲρ
7 οὗ ἠγγυήθη. Ὅ,τι μοι ὤφειλες παρὰ
τοῦ ὀφειλέτου σου ἐπηρώτησα ἐπὶ κιν-
δύνῳ σου· δύναμαι νὰ ἐναγάγω κατὰ
σοῦ ἐκ τῆς ἐντολῆς δι' ἐκεῖνο, ὅπερ ὀ-
λιγώτερον [τοῦ ὀφειλομένου μοι ὑπὸ
σοῦ] θέλω δυνηθῇ νὰ λάβω ἀπ' ἐκεί-
νου, λέγουσιν ὅ τε ὁ Νέρβας καὶ ὁ Ἀτι-
λικῖνος, καίτοι ἡ ἐντολὴ αὕτη ὑπόθε-
σίν σου ἀποβλέπει, καὶ δικαίως· διότι
τότε ἀπαλλάσσεται ὁ ἀντιδίδων ὀφει-
λέτην, ἐὰν ὁ πιστωτὴς ἐπὶ τοῦ προσώ-
που τούτου ἐβασίσθη, οὐχὶ δ' ὅταν ἐπὶ
κινδύνῳ τοῦ (ἀρχικοῦ) ὀφειλέτου ἐπε-
8 ρωτᾶται οὗτος (ὁ ἀντιδιδόμενος). Τὸ
αὐτὸ ἰσχύει, καὶ ἐὰν κατ' ἐντολὴν τοῦ
ἐγγυητοῦ ἤθελον ἐναγάγει τὸν πρωτο-
φειλέτην, καθόσον ἀκολουθοῦντος ἐμοῦ
τὴν ἐντολὴν ἤθελεν [ἄλλως] ἀπαλλαγῆ
[ὁ ἐγγυητὴς] τῆς προτέρας ἐνοχῆς.

46 *ΟΑΥΤΟΣ* Ἐὰν τις ὑπέρ τινος ἠγ-
γυήθη, ὅστις ὑπεσχέθη ἐπὶ τῇ ἑξῆς [ἐρω-
τήσει]· «ἐὰν μὴ δώσῃς τὸν Στίχον, θέλεις
δώσει ἑκατὸν χιλιάδας;» — ἠγόρασε δὲ
τὸν Στίχον εὐτελέστερον καὶ ἔδωκεν, ἵνα
μὴ καταστῇ ἀπαιτητὴ ἡ τῶν ἑκατὸν χι-

stat posse eum mandati agere. igitur commodissime illa forma in mandatis servada est, ut, quotiens certum mandatum sit, recedi a forma non debeat: at quotiens incertum vel plurium causarum, tunc, licet aliis praestationibus exsoluta sit causa mandati quam quae ipso mandato inerant, si tamen hoc mandatori expedierit, mandati erit actio.

47 *POMPONIUS* Julianus ait, si fideiussori uxor doti promiserit, quod ei ex causa fideiussoria debeat, nuptiis secutis confestim mandati adversus debitorem agere eum posse, quia intellegitur abesse ei pecunia eo, quod onera matrimonii sustineret. Si is, qui pro te hominem dare fideiussit, alienum hominem stipulatori dederit, nec ipse liberatur nec te liberat et ideo mandati actionem tecum non habet. sed si stipulator eum hominem usucceperit, dicendum esse Julianus ait liberationem contingere: eo ergo casu mandati actio post usucapionem demum tecum erit.

48 *CELSUS* Quintus Mucius Scaevola ait, si quis sub usuris creditam pecuniam fideiussisset et reus in judicio conventus cum recusare vellet sub usuris creditam esse pecuniam et[1] fideiussor solvendo usuras potestatem recusandi eas reo sustulisset, eam pecuniam a reo non petiturum. sed si reus fideiussori denuntiasset, ut recu-

(1) διαγρ. (Hal.)

λιάδων ἐπερώτησις, γνωστὸν ὅτι δύνα
ται νὰ ἐναγάγῃ ἐκ τῆς ἐντολῆς. λοιπὸ
λυσιτελέστατα ὁ κανὼν οὗτος ἐπὶ ἐν
τολῶν τηρεῖται, ὥστε, ὁσάκις ὡρισμέν
ἐντολὴ ἐδόθη, νὰ μὴ ἐπιτρέπηται
ἀπὸ τοῦ διατυπωθέντος παρέκβασις
ὅμως ὁσάκις ἀόριστος ἢ πολυειδὴ
[ἐντολὴ ἐδόθη], τότε, καίτοι δι' ἑτέρω
παροχῶν ἐξετελέσθη ἡ ἐντολή, παρ' ὡ
ἐν αὐτῇ τῇ ἐντολῇ διετυποῦτο, ὅμω
ἐὰν τοῦτο ἤθελεν ὠφελεῖ τὸν ἐντολέα,
τῆς ἐντολῆς ἀγωγὴ θέλει ὑπάρχει.

47 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ὁ Ἰουλιανὸς λέγε
ἐὰν γυνὴ εἰς ἐγγυητὴν [ὀφειλέτου ἑαυ
τῆς] ὑπεσχέθη ὡς προῖκα, ὅ,τι ἕνεκ
τῆς ἐγγυήσεως [ὁ ἐγγυητὴς] ὀφείλει ε
αὐτήν, τελεσθέντος τοῦ γάμου ἀμέσω
δύναται οὗτος νὰ ἐναγάγῃ τὸν ὀφε
λέτην ἐκ τῆς ἐντολῆς, καθόσον θεωρε
ται ὅτι ἐλλείπουσιν ἀπ' αὐτοῦ τὰ χρ
ματα διὰ τοῦτο, ὅτι τὰ βάρη τοῦ γ
μου φέρει. Ἐὰν ἐκεῖνος, ὅστις ὑπ
σοῦ ἠγγυήθη νὰ δώσῃ δοῦλον, ἀλλ
τριον δοῦλον εἰς τὸν ἐπερωτήσαντα
δωκεν, οὔτε αὐτὸς ἐλευθεροῦται οὔτε
ἐλευθεροῖ, καὶ διὰ τοῦτο δὲν ἔχει κατ
σοῦ τὴν ἀγωγὴν τῆς ἐντολῆς. ἀλλ' ἐ
ὁ ἐπερωτήσας ἐχρησικτήσατο τὸν δο
λον ἐκεῖνον, θέλει λεχθῆ, λέγει ὁ Ἰου
λιανός, ὅτι ἡ ἀπαλλαγὴ ἐπέρχετα
λοιπὸν ἕνεκα τούτου ἡ τῆς ἐντολῆς
γωγὴ μετὰ τὴν χρησικτησίαν μόν
θέλει εἶσθαι κατὰ σοῦ.

48 *ΚΕΛΣΟΣ* Ὁ Κόϊντος Μούκι
Σκαιβόλας λέγει, ἐάν τις διὰ χρήματ
ἐπὶ τόκῳ δανεισθέντα ἠγγυήθη, ἐνῷ
ὁ πρωτοφειλέτης ἀχθεὶς εἰς δίκην ἤθ
λε ν' ἀρνηθῇ ὅτι ἐπὶ τόκῳ εἶχον δανε
σθῆ τὰ χρήματα, ὁ ἐγγυητὴς κατ
βάλλων τόκους ἀφήρεσεν ἀπὸ τὸν πρ
τοφειλέτην τὸ δυνατὸν τῆς ἀρνήσεω
δὲν δύναται νὰ ἀπαιτήσῃ τὰ χρήματ
ταῦτα ἀπὸ τὸν πρωτοφειλέτην. ἀλλ' ἐ
ὁ πρωτοφειλέτης εἶχε γνωστοποιήσει

saret sub usuris debitam esse nec is propter suam existimationem recusare voluisset, quod ita solverit, a reo petiturum. hoc bene censuit Scaevola: parum eni n fideliter facit fideiussor in superiore casu, quod potestatem eximere reo videtur suo jure uti: ceterum in posteriore casu non oportet esse noxiae fideiussori, si pepercis-

τὸν ἐγγυητήν, ν' ἀρνηθῇ ὅτι ἔντοκον εἶνε τὸ χρέος, οὗτος δὲ χάριν τῆς ἰδίας ὑπολήψεως δὲν ἠθέλησε ν' ἀρνηθῇ, — ὅ,τι οὕτως ἤθελε καταβάλλει δύναται ν' ἀπαιτήσῃ ἀπὸ τὸν πρωτοφειλέτην. τοῦτο δὲ καλῶς ἔκρινεν ὁ Σκαιβόλας· διότι ἐν μὲν τῇ προηγουμένῃ περιπτώσει οὐχὶ πιστῶς δείκνυται ὁ ἐγγυητής, θέλων νὰ ἀφαιρέσῃ ἀπὸ τὸν πρωτοφειλέτην τὴν εὐχέρειαν τοῦ νὰ ποιήσῃ χρῆσιν τοῦ ἑαυτοῦ δικαίου· ὅμως ἐν τῇ δευτέρᾳ περιπτώσει δὲν πρέπει νὰ βλάπτῃ τὸν ἐγγυητήν, ἐὰν ἐφείσθη τῆς ἑαυτοῦ

*1* set pudori suo. Cum mando tibi, ut credendo pecunium mihi geras mihique id nomen praestes, meum in eo periculum, meum emolumentum sit, puto mandatum pos-
*2* se consistere. Ceterum ut tibi negotium geras, tui arbitrii sit nomen, id est ut cuivis credas, tu recipias usuras, periculum dumtaxat ad me pertineat, iam extra mandati formam est, quemadmodum si mandem, ut mihi quemvis fundum emas.

*1* ὑπολήψεως. Ἐὰν ἐντείλωμαί σοι, ὥστε δανείζων χρήματα νὰ διοικῇς ὑπόθεσίν μου, καὶ εἰς ἐμὲ τὴν ἀπαίτησιν νὰ ἐκχωρῇς, ἰδικός μου δὲ νὰ εἶνε ὁ κίνδυνος, ἰδικόν μου τὸ κέρδος, δύναται,
*2* φρονῶ, νὰ ὑπάρξῃ ἐντολή. Ἄλλως [ἐὰν ἐντείλωμαι] ὥστε ἰδικήν σου ὑπόθεσιν νὰ διοικῇς, εἰς τὴν κρίσιν σου νὰ εἶνε ἡ πίστωσις, ὥστε δηλ. εἰς οἱονδήποτε ἤθελες δανείσει, σὺ νὰ ἀπολαμβάνῃς τόκους, μόνος δ' ὁ κίνδυνος εἰς ἐμὲ ν' ἀποβλέπῃ, — [τὸ τοιοῦτον] εἶνε ἤδη ἐκτὸς τοῦ τύπου τῆς ἐντολῆς, ὡς ἐὰν ἐντείλωμαι νὰ μοὶ ἀγοράσῃς ἀγρὸν οἱονδήποτε.

49 *MARCELLUS* Servum Titii emi ab alio bona fide et possideo: mandatu meo eum Titius vendidit, cum ignoraret suum esse, vel contra ego vendidi illius mandatu, cum forte is, cui heres exstiterit, eum emisset: de jure evictionis et de mandatu quaesitum est. et puto Titium, quamvis quasi procurator vendidisset, obstrictum emptori neque, si rem tradidisset, vindicationem ei concedendam, et idcirco mandati eum non teneri, sed contra mandati agere posse. si quid ejus interfuisset, quia forte venditurus non fuerit. contra manda-

49 *ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ* Δοῦλον τοῦ Τιτίου ἠγόρασα παρ' ἑτέρου καλῇ τῇ πίστει, καὶ νέμομαι· κατ' ἐντολήν μου ὁ Τίτιος ἐπώλησεν αὐτόν, ἀγνοῶν ὅτι εἶνε ἰδικός του, ἢ τἀνάπαλιν ἐγὼ ἐπώλησα κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ, ἀφοῦ τυχὸν ἐκεῖνος, οὗτινος κληρονόμος ἀνεδείχθη, εἶχεν ἀγοράσει τὸν δοῦλον. ἠρωτήθη περὶ τοῦ δικαίου τῆς διεκδικήσεως καὶ τῆς ἐντολῆς. φρονῶ λοιπὸν ὅτι ὁ Τίτιος καίτοι ὡσεὶ πληρεξούσιος εἶχε πωλήσει, ἐνέχεται ἀπέναντι τοῦ ἀγοραστοῦ, οὐδὲ θέλει ἐπιτραπῇ αὐτῷ ἐὰν παρέδωκε τὸν δοῦλον, διεκδίκησις, καὶ διὰ τοῦτο ἐκ τῆς ἐντολῆς οὗτος δὲν ἐνέχεται, ἀλλὰ τἀνάπαλιν δύναται νὰ ἐνα-

tor, si rem ab eo vindicare velit, exceptione doli summovetur et adversus venditorem testatoris sui habet ex empto jure hereditario actionem.

50 *CELSUS* Si is qui negotia fideiussoris gerebat ita solvit stipulatori, ut reum fideiussoremque liberaret, idque utiliter fecit, negotiorum gestorum actione fideiussorem habet obligatum, nec refert, ratum habuit nec ne fideiussor. sed fideiussor etiam antequam solveret procuratori pecuniam, simul ac ratum habuisset, haberet tamen mandati actionem.

*1* Sive, cum frumentum deberetur, fidejussor Africum dedit, sive quid ex necessitate solvendi plus impendit quam est pretium solutae rei, sive Stichum solvit isque decessit aut debilitate flagitiove ad nullum pretium sui redactus est, id mandati judicio consequeretur.

51 *IAVOLENUS* Fideiussor quamvis per errorem ante diem pecuniam solverit, repetere tamen ab eo[1] non potest ac ne mandati quidem actionem, antequam dies solvendi veniat, cum reo habebit.

52 *IDEM* Fideiussorem, si sine adiectione bonitatis tritici pro altero triticum spopondit, quodlibet triticum dando reum liberare

(1) a reo (Mo.)

γάγῃ ἐκ τῆς ἐντολῆς, ἐάν τι ἐνδιέφερεν αὐτόν, διότι τυχὸν δὲν ἤθελε πωλήσει. τοὐναντίον ὁ ἐντολεύς, ἐὰν θέλῃ νὰ διεκδικήσῃ ἀπ' ἐκείνου τὸ πρᾶγμα, ἀποκρούεται διὰ τῆς ἐνστάσεως τοῦ δόλου, καὶ ἐναντίον τοῦ πωλητοῦ [τοῦ δούλου] ἔχει δικαιώματι κληρονομικῷ τὴν ἐκ τῆς ἀγοράσεως ἀγωγὴν τοῦ διαθέτου αὐτοῦ.

50 *ΚΕΛΣΟΣ* Ἐὰν ἐκεῖνος, ὅστις ὑποθέσεις τοῦ ἐγγυητοῦ ἐδιοίκει, κατέβαλεν εἰς τὸν πιστωτὴν οὕτως, ὥστε ν' ἀπαλλάξῃ τὸν πρωτοφειλέτην καὶ τὸν ἐγγυητήν, τοῦτο δ' ἐπωφελῶς ἐποίησε διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς διοικήσεως ὑποθέσεων θέλει ἔχει τὸν ἐγγυητὴν ἐνεχόμενον, οὐδὲ διαφέρει ἂν ἐνέκρινεν ὁ ἐγγυητὴς ἢ οὐ. ὅμως ὁ ἐγγυητὴς καὶ πρὶν ἡ καταβάλῃ εἰς τὸν πληρεξούσιον τὰ χρήματα, ἅμα τῇ ἐγκρίσει, ἔχει τὴν ἀγωγὴν τῆς ἐντολῆς [κατὰ τοῦ πρωτο*1* φειλέτου]. Εἴτε ἐνῷ σῖτος [οἱοσδήποτε] ὠφείλετο, ὁ ἐγγυητὴς ἔδωκε *Ἀφρικανικὸν* [ἤτοι τὸν ἄριστον] ἕνεκα τῆς πρὸς καταβολὴν [ἐπειγούσης] ἀνάγκης, εἴτε ἐδαπάνησέ τι περισσότερον τῆς τιμῆς τοῦ καταβληθέντος πράγματος, εἴτε τὸν Στίχον κατέβαλεν, οὗτος δ' ἀπέθανεν, ἢ ἐξ ἀσθενείας ἢ αἰσχρότητος κατέστη μηδαμινῆς ἀξίας, — τοῦτο δυναται νὰ ἐπιτύχῃ διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς.

51 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Ὁ ἐγγυητὴς καίτοι ἐκ πλάνης πρὸ τῆς προθεσμίας κατέβαλε τὰ χρήματα, ὅμως δὲν δύναται ν' ἀναζητήσῃ ἀπὸ τὸν πρωτοφειλέτην οὐδὲ τὴν τῆς ἐντολῆς ἀγωγὴν θέλει βεβαίως ἔχει κατ' αὐτοῦ, πρὶν ἢ ἔλθῃ ἡ τῆς καταβολῆς ἡμέρα.

52 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐγγυητής, ἐὰν ἄνευ προσθήκης τῆς ποιοτητος τοῦ σίτου ὑπέσχέθη ὑπέρ τινος σῖτον, φρονῶ ὅτι οἱονδήποτε σῖτον δίδων δύναται ν' ἀπαλλάξῃ τὸν πρωτοφειλέτην. παρὰ τοῦ πρω-

posse existimo: a reo autem non aliud triticum repetere poterit, quam quo pessimo tritico liberare se a stipulatore licuit. itaque si paratus fuerit reus, quod dando ipse creditori liberari potuit, fideiussori dare et fideiussor id quod dederit, id est melius triticum condicet, exceptione eum doli mali summoveri existimo.

53 *PAPINIANUS* Qui fide alterius pro alio fideiussit praesente et non recusante, utrosque obligatos habet jure mandati: quod si pro invito vel ignorante alterutrius mandatum secutus fideiussit, eum solum convenire potest qui mandavit, non etiam reum promittendi: nec me movet, quod pecunia fideiussoris reus liberetur: id enim contingit et si meo mandato pro alio solvas.

54 *IDEM* Cum servus extero se mandat emendum, nullum mandatum est. sed si in hoc mandatum intercessit ut servus manumitteretur nec manumiserit, et pretium consequetur dominus ut venditor et affectus ratione mandati agetur: finge filium naturalem vel fratrem esse (placuit enim prudentioribus affectus rationem in bonae fidei judiciis habendam). quod si de suis nummis emptor pretium dederit (neque enim aliter judicis venditi liberari potest), quaeri solet, an utiliter de peculio agere possit. et verius et utilius videtur praetorem de huiusmodi contractibus servorum non cogitasse, quo se ipsi mala ratione dominis au-

τοφειλέτου ὅμως δὲν δύναται ν' ἀπαιτήσῃ ἄλλον σῖτον, παρὰ τὸν χείριστον, δι' οὗ ἠδύνατο ν' ἀπαλλάξῃ ἑαυτὸν τοῦ πιστωτοῦ. ὅθεν, ἐὰν ὁ πρωτοφειλέτης ἤθελεν εἶσθαι ἕτοιμος νὰ δώσῃ εἰς τὸν ἐγγυητήν, ὅ,τι δίδων ἐκεῖνος ἠδύνατο ν' ἀπαλλαγῇ ἀπὸ τοῦ πιστωτοῦ, ὁ δὲ ἐγγυητὴς ἐκδικῇ ὅ,τι ἔδωκεν, ἤτοι τὸν καλλίτερον σῖτον, φρονῶ ὅτι ἀποκρούεται οὗτος διὰ τῆς ἐνστάσεως τοῦ δόλου.

53 *ΠΑΠΙΝΙΑΝΟΣ* Ὅστις πεποιθὼς εἴς τινα, ἠγγυήθη ὑπὲρ ἑτέρου παρόντος καὶ μὴ ἀπαγορεύοντος, ἑκάτερον ἔχει ἐνεχόμενον δικαιώματι ἐντολῆς· ἂν ὅμως ἠγγυήθη ὑπέρ [τινος] ἄκοντος ἢ ἀγνοοῦντος, ἀκολουθήσας τὴν ἐντολὴν ἑτέρου, ἐκεῖνον μόνον δύναται νὰ ἐναγάγῃ, ὅστις ἐνετείλατο, οὐχὶ δὲ καὶ τὸν ὀφειλέτην· οὐδ' ἔχει ἐπιρροήν, ὅτι διὰ χρημάτων τοῦ ἐγγυητοῦ ἀπαλλάσσεται ὁ πρωτοφειλέτης· διότι τοῦτο συμβαίνει καὶ ἂν κατ' ἐντολήν μου ὑπέρ τινος καταβάλῃς.

54 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν δοῦλος δώσῃ ἐντολὴν εἰς ἐξωτικὸν νὰ τὸν ἀγοράσῃ, οὐδεμία ὑπάρχει ἐντολή. ἀλλ' ἐὰν ἡ ἐντολὴ [πρὸς ἀγόρασιν] ἐγένετο διὰ τοῦτο, ὥστε ὁ δοῦλος νὰ χειραφετηθῇ, δὲν γείνῃ δὲ τοῦτο [ὑπὸ τοῦ ἀγοραστοῦ], ὁ κύριος, ὡς πωλητής, θέλει καὶ τὸ τίμημα λάβει, καὶ λόγῳ στοργῆς θέλει ἐκ τῆς ἐντολῆς ἐναγάγει. ὑπόθες λ. χ. ὅτι [ὁ δοῦλος] εἶνε υἱὸς φυσικὸς ἢ ἀδελφὸς (διότι ἐδέχθησαν οἱ νομομαθεῖς ὅτι ἡ στοργὴ δέον νὰ λαμβάνηται ὑπ' ὄψιν κατὰ τὰς ἀγωγὰς καλῆς πίστεως). ἂν ὅμως ἐξ ἰδίων [οὐχὶ δὲ τοῦ δούλου] νομισμάτων ὁ ἀγοραστὴς ἔδωκε τὸ τίμημα (διότι δὲν δύναται ἄλλως ν' ἀπαλλαγῇ τῆς ἐκ τῆς πωλήσεως ἀγωγῆς), συνήθως ἐρωτᾶται, ἂν δύναται ἐπωφελῶς νὰ ἐναγάγῃ ἐκ τοῦ χρηματίου. ὀρθότερον λοιπὸν καὶ ὠφελιμώτερον θεωρεῖται ὅτι ὁ πραίτωρ δὲν ἐσκέφθη περὶ

1 ferrent. Si liber homo bona fide serviens redimi se mandaverit idque nummis emptoris factum sit, contraria mandati actione agi posse constat, ut tamen actiones praestentur, quas habet emptor adversus venditorem: finge non manumisisse liberam personam emptorem.

55 *IDEM* Procurator, qui non res inclusas subtraxit, sed traditas non reddidit, judicio mandati, non furti tenetur.

56 *IDEM* Qui mutuam pecuniam dari mandavit, omisso reo promittendi et pignoribus non distractis eligi potest: quod uti liceat si litteris exprimatur, distractis quoque pignoribus ad eum creditor redire poterit: etenim quae dubitationis tollendae causa contractibus inseruntur, ius commu-

1 ne non laedunt. Fideiussor qui pecuniam in jure optulit et propter aetatem ejus qui petebat obsignavit ac publice deposuit, con-

2 festim agere mandati potest Non ideo minus omnis temporis bonam fidem explorari oportet, quod dominus post annos quinque de provincia reversus,[1] mox rei publicae causa profecturus non acceptis rationibus mandatum instauraverit. cum igitur ad officium procurato-

(1) rursus προσθ. (Mo.)

τοιούτου εἴδους συμβολαίων τῶν δούλων, δι' ὧν αὐτοὶ οὗτοι κακοβούλως
1 ἤθελον ἐκφεύγει τῶν κυρίων. Ἐὰν
ἄνθρωπος ἐλεύθερος καλῇ τῇ πίστει
δουλεύων ἔδωκεν ἐντολὴν νὰ ἐξαγορασθῇ, τοῦτο δὲ διὰ νομισμάτων τοῦ ἀγοραστοῦ ἐγένετο, γνωστὸν ὅτι δύναται
[ὁ ἀγοραστὴς] νὰ ἐναγάγῃ [τὸν ἐντολέα δοῦλον] διὰ τῆς ἀντιθέτου ἀγωγῆς
τῆς ἐντολῆς, ἀλλ' ἀφοῦ ἐκχωρηθῶσι
[τῷ ἐντολεῖ] αἱ ἀγωγαί, ἃς ἔχει ὁ ἀγοραστὴς κατὰ τοῦ πωλητοῦ. [διότι] ὑπόθες ὅτι ὁ ἀγοραστὴς δὲν ἐχειραφέτησε τὸ ἐλεύθερον πρόσωπον.

55 *Ο ΑΥΤΟΣ* Πληρεξούσιος, ὅστις
οὐχὶ κεκλεισμένα πράγματα ἀφήρεσεν
ἀλλὰ παραδοθέντα δὲν ἀπέδωκεν, ἐνέχεται ἐκ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς οὐχὶ δὲ τῆς κλοπῆς.

56 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ὅστις ἐνετείλατο νὰ
δοθῶσι δάνεια χρήματα, δύναται νὰ
ἐναχθῇ κατὰ προτίμησιν, παραλειπομένου τοῦ πρωτοφειλέτου, καὶ τῶν ἐνεχύρων μὴ πωληθέντων [ἔτι]. καὶ ἂν δ' ἐγγράφως ἐκδηλοῦται ἡ τοιαύτη ἄδεια
ὁ πιστωτὴς δύναται καὶ μετὰ τὴν πώλησιν τῶν ἐνεχύρων νὰ ἐπανέλθῃ κατ'
ἐκείνου· διότι ὅσα πρὸς ἄρσιν ἀμφιβολίας διατυποῦνται ἐν τοῖς συμβολαίοις
δὲν ἀνατρέπουσι τὸ κοινὸν δίκαιον.
1 Ἐγγυητής, ὅστις τὰ χρήματα ἐν δι
καστηρίῳ προσήγαγεν, ἕνεκα δὲ τῆ
[μικρᾶς] ἡλικίας τοῦ ἐνάγοντος ἐσφράγισε καὶ δημοσίᾳ κατέθεσεν, ἀμέσω
δύναται νὰ ἐναγάγῃ ἐκ τῆς ἐντολῆ
2 Ὁλοκλήρου τοῦ χρόνου ἡ καλὴ πί
στις δὲν πρέπει ὀλιγώτερον νὰ ἐξετα
ζηται διὰ τοῦτο, ὅτι ὁ κύριος [τῶν ὑπο
θέσεων] μετὰ ἔτη πέντε ἐκ τῆς ἐπαρ
χίας ἐπανελθών, πάλιν δὲ μετ' ὀλίγα
μέλλων ἕνεκα τῆς πολιτείας ν' ἀπέλθ
πρὸ τῆς λήψεως τῶν λογαριασμῶν ἀν
νέωσε τὴν ἐντολήν. ἀφοῦ λοιπὸν εἰς
καθῆκον τοῦ πληρεξουσίου περιλαμβ

ris pertinuerit quidquid ex prima negotiorum gestorum administratione debuit ad secundam rationem transferre, secundi temporis causa Priorem litem suscipiet. 3 Salarium incertae pollicitationis neque extra ordinem recte petitur neque judicio mandati, ut sa- 4 larium tibi constituat. Sumptus bona fide necessario factos, etsi negotio finem adhibere procurator non potuit, judicio mandati restitui necesse est.

57 *IDEM* Mandatum distrahendorum servorum defuncto qui mandatum suscepit intercidisse constitit. quoniam tamen heredes ejus errore lapsi non animo furandi, sed exsequendi, quod defunctus suae curae fecerat, servos vendiderant, eos ab emptoribus usucaptos videri placuit. sed venaliciarium ex provincia reversum Publiciana actione non inutiliter acturum, cum exceptio justi dominii causa cognita detur neque oporteat eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum adfici damno.

58 *PAULUS* Si praecedente mandato Titium defenderas quamvis mortuo eo, cum hoc ignorares, ego puto mandati actionem adversus heredem Titii competere, quia mandatum morte mandatoris, non etiam mandati actio solvitur. quod si sine mandatu defensionem suscepisti, negotium quodammodo defuncti gerere institueras, et quemadmodum, si illum liberasses, com-

νεται, ὅ,τι ἐκ τῆς πρώτης τῶν [ἀλλοτρίων] ὑποθέσεων διοικήσεως ὤφειλεν εἰς τὴν δευτέραν λογοδοσίαν νὰ μεταφέρῃ, ἡ τοῦ δευτέρου χρόνου δίκη περι- 3 λαμβάνει καὶ τὴν προηγουμένην. Μισθὸς ἀβεβαίας ἐπαγγελίας οὔτε δι' ἐκτάκτου ἀγωγῆς ἐγκύρως ἀπαιτεῖται, οὔτε διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς, ὥστε 4 νά σοι ὁρίσῃ [ὁ ἐντολεὺς] μισθόν. Αἱ καλῇ τῇ πίστει ἐξ ἀνάγκης γενόμεναι δαπάναι, καὶ ἂν μὴ ὁ πληρεξούσιος ἠδυνήθη νὰ φέρῃ εἰς πέρας τὴν ὑπόθεσιν, πρέπει διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς ν' ἀποδίδωνται.

57 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἡ ἐντολὴ πωλήσεως δούλων βέβαιον ὅτι καταργεῖται διὰ τοῦ θανάτου τοῦ ἀναλαβόντος τὴν ἐντολήν. ἐπειδὴ ὅμως οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ ἐκ πλάνης σφαλόντες οὐχὶ μὲ σκοπὸν κλοπῆς, ἀλλ' ἵνα ἐκτελέσωσιν ὅ,τι ὁ ἀποθανὼν εἶχεν ἀναλάβει, ἐπώλησαν τοὺς δούλους, ἐδέχθησαν ὅτι οὗτοι θεωροῦνται χρησικτώμενοι ὑπὸ τῶν ἀγοραστῶν. ἀλλ' ὁ ἀνδραποδοκάπηλος ἐκ τῆς ἐπαρχίας ἐπανελθὼν θέλει οὐχὶ ἀνωφελῶς ἐγείρει τὴν Πουβλικιανὴν ἀγωγήν, καθόσον ἡ [κατὰ τοῦ χρησικτωμένου] ἔνστασις τῆς νομίμου κυριότητος μετὰ διάγνωσιν τοῦ λόγου παρέχεται, οὐδὲ πρέπει ἐκεῖνος, ὅστις εἰς ὡρισμένον πρόσωπον ἐνεπιστεύθη, νὰ ὑφίσταται ζημίαν ἕνεκα τῆς πλάνης ἢ ἀπειρίας τῶν κληρονόμων.

58 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν προηγηθείσης ἐντολῆς εἶχες ὑπερασπίσει τὸν Τίτιον καὶ τοι μετὰ θάνατον αὐτοῦ, καθόσον ἠγνόεις τοῦτο, ἐγὼ φρονῶ ὅτι ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγὴ ἐναντίον τοῦ κληρονόμου τοῦ Τιτίου ἁρμόζει, διότι ἡ *ἐντολὴ* καταργεῖται διὰ τοῦ θανάτου τοῦ ἐντολέως, οὐχὶ δὲ καὶ ἡ τῆς ἐντολῆς ἀγωγή. ἂν ὅμως ἄνευ ἐντολῆς ἀνέλαβες τὴν ὑπεράσπισιν, ὑπόθεσιν τρόπον τινὰ ἀποθανόντος ἀνέλαβες νὰ διοικήσῃς, καὶ

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

peteret tibi negotiorum gestorum actio, ita potest dici et heredem

1 ejus eadem actione teneri. Lucius Titius creditori suo mandatorem dedit: deinde defuncto debitore majore parte creditorum consentiente a praetore decretum est, ut portionem creditores ab heredibus ferant, absente eo creditore apud quem mandator exstiterat: quaero, si mandator conveniatur, an eandem habeat exceptionem quam heres debitoris. respondi: si praesens apud praetorem ipse quoque consensisset, pactus videtur justa ex causa eaque exceptio et fideiussori danda esset et mandatori. sed cum proponas eum afuisse, iniquum est auferri ei electionem (sicut pignus aut privilegium), qui potuit praesens id ipsum proclamare nec desiderare decretum praetoris. nec enim[1] si quis dixerit summovendum creditorem, heredi consulitur, sed mandatori vel fideiussori, quibus mandati judicio eandem partem praestaturus est. plane si ab herede partem accepisset, an in reliquum permittendum esset creditori fideiussorem convenire, dubitatum est: sed videbitur consentire decreto conveniendo heredem.

(1) διαγρ. (Mo.)

59 *IDEM* Si mandatu Titii Calpurnius pecuniam quam Titius

ὡς ἐὰν εἶχες ἐλευθερώσει ἐκεῖνον [χρέους], θά σοι ἤρμοζεν ἡ τῆς διοικήσεως ὑποθέσεων ἀγωγή, οὕτω δύναται νὰ λεχθῇ ὅτι καὶ ὁ κληρονόμος αὐτοῦ διὰ

1 τῆς ἰδίας ἀγωγῆς ἐνέχεται. Ὁ Λούκιος Τίτιος [δανεισθεὶς] ἔδωκεν εἰς τὸν πιστωτήν του ἐντολέα [ἐγγυητήν]· κατόπιν ἀποθανόντος τοῦ ὀφειλέτου τῇ συναινέσει τοῦ μείζονος μέρους τῶν πιστωτῶν ὡρίσθη ὑπὸ τοῦ πραίτωρος, ὥστε οἱ πιστωταὶ νὰ λάβωσι παρὰ τῶν κληρονόμων μέρος [τοῦ χρέους], ἀπόντος τοῦ πιστωτοῦ ἐκείνου, παρ' ᾧ ὑπῆρχεν ὁ ἐντολεύς· ἐρωτᾶται, ἐὰν ὁ ἐντολεὺς ἐνάγηται, ἔχει ἆρά γε τὴν αὐτὴν ἔνστασιν, ἣν ὁ κληρονόμος τοῦ ὀφειλέτου; ἀπήντησα· ἐὰν παρὼν ἐνώπιον τοῦ πραίτωρος καὶ οὗτος [ὁ πιστωτὴς] εἶχε συναινέσει, θεωρεῖται ὅτι συνεφώνησεν ἐξ εὐλόγου αἰτίας, ἡ αὐτὴ δ' ἔνστασις ἤθελε δοθῇ εἴς τε τὸν ἐγγυητὴν καὶ τὸν ἐντολέα. ἀλλ' ἀφοῦ προβάλλῃς ὅτι [ὁ πιστωτὴς] ἦτο ἀπών, εἶνε ἄνισον νὰ στερῆται οὗτος τῆς ἐπιλλογῆς (ὡς ἐνεχύρου ἢ προνομίου), ἀφοῦ ἠδύνατο [ἂν ἦτο] παρὼν νὰ ἀπαιτήσῃ αὐτὸ τοῦτο [τὸ ὀφειλόμενον] μὴ ἔχων χρείαν τῆς ἀποφάσεως τοῦ πραίτωρος. μηδ' ἐάν τις εἴπῃ, ὅτι δέον ν' ἀποκρούηται ὁ πιστωτής, βοηθεῖ τὸν κληρονόμον, ἀλλὰ τὸν ἐντολέα ἢ ἐγγυητήν, εἰς οὓς διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς τὸ αὐτὸ μέρος [ὁποῖον καὶ εἰς τὸν πιστωτὴν] θέλει παράσχει [ὁ κληρονόμος]. βεβαίως ἐὰν παρὰ τοῦ κληρονόμου εἶχε δεχθῇ [ὁ πιστωτὴς] τὸ [ὑπὸ τοῦ πραίτωρος ὁρισθὲν] μέρος, ὑπάρχει ἀμφιβολία ἂν διὰ τὸ ὑπόλοιπον ἤθελεν ἐπιτραπῇ εἰς τὸν πιστωτὴν νὰ ἐναγάγῃ τὸν ἐγγυητήν· τοὐναντίον ἐνάγων τὸν κληρονόμον θεωρεῖται ὅτι παραδέχεται τὴν ἀπόφασιν [τοῦ πραίτωρος].

59 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν κατ' ἐντολὴν τοῦ Τιτίου ὁ Καλπούρνιος χρήματα, ἅτινα

credebat stipulatus esset non donandi animo, mandati judicio eum ab herede Titii posse conveniri,ut actiones suas praestet: idem est, et si exacta est a Calpurnio pecu-

...

1 nia. Paulus respondit fideiussorem, qui rem pignoris jure obligatam a creditore emit, mandati judicio conventum ab herede debitoris oblato omni debito[2] restituere cum fructibus cogendum neque habendum similem extranco emptori, cum in omni contractu bonam fidem praestare debeat.

(1) rem προσθ. (Mo.)

2 Paulus respondit die adiecto in mandato, intra quem praestaturum se Lucius Titius scripsit,non esse impedimento, quo minus etiam post eum diem conveniri man-

...

3 dati judicio possit. Paulus respondit unum ex mandatoribus in solidum eligi posse, etiamsi non sit concessum in mandato: post condemnationem autem in duorum personam collatam necessario ex causa judicati singulos pro parte dimidia conveniri posse et de-
4 bere. Creditor pignus vendidit: quaero, an, si evicta sit possessio emptori, regressum creditor ad mandatorem habere possit et an intersit, creditoris jure vendiderit an communi jure promiserit. Paulus respondit, si creditor ex pretio pignorum debitum consecutus non sit, mandatorem liberum non videri. ex hoc responso apparet, si evictionis nomine non teneatur,

ὁ Τίτιος εἶχε δανείσει, ἐπηρώτησεν οὐχὶ ἐπὶ σκοπῷ δωρεᾶς [τοῦ Τιτίου πρὸς τὸν Καλπούρνιον], διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς δύναται οὗτος νὰ ἐναχθῇ ὑπὸ τοῦ κληρονόμου τοῦ Τιτίου, ὥστε νὰ ἐκχωρήσῃ τὰς ἑαυτοῦ ἀγωγάς. τὸ αὐτὸ καὶ ἂν τὰ χρήματα εἰσεπράχθησαν
1 ὑπὸ τοῦ Καλπουρνίου. Ὁ Παῦλος ἀπήντησεν ὅτι ὁ ἐγγυητής, ὅστις πρᾶγμα ὡς ἐνέχυρον ὑποκείμενον παρὰ τοῦ πιστωτοῦ ἠγόρασε, διὰ τῆς ἐντολῆς ἐναγόμενος ὑπὸ τοῦ κληρονόμου του ὀφειλέτου δέον νὰ ὑποχρεῶται μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν ὅλου τοῦ χρέους ν' ἀποκαθιστᾷ τὸ πρᾶγμα μετὰ τῶν καρπῶν, οὐδὲ πρέπει νὰ θεωρῆται ὅμοιος πρὸς ἐξωτικὸν ἀγοραστήν, καθόσον ἐν παντὶ συμβολαίῳ ὀφείλει νὰ δεικνύῃ καλὴν
2 πίστιν. Ὁ Παῦλος ἀπήντησεν ὅτι ἐὰν προσετέθη εἰς ἐντολὴν προθεσμία, ἐντὸς τῆς ὁποίας ὁ [ἐγγυητὴς ἐντολεὺς] Λούκιος Τίτιος ἔγραψεν ὅτι θέλει παράσχει, δὲν ὑπάρχει ἐμπόδιον, ὥστε καὶ μετὰ τὴν προθεσμίαν ἐκείνην νὰ δύναται νὰ ἐναχθῇ διὰ τῆς ἀγωγῆς
3 τῆς ἐντολῆς. Ὁ Παῦλος ἀπήντησεν ὅτι εἷς ἐκ τῶν ἐντολέων δύναται κατ' ἐπιλογὴν νὰ ἐναχθῇ εἰς ὁλόκληρον, καὶ ἂν μὴ ἐπετράπη ἐν τῇ ἐντολῇ· μετὰ τὴν καταδίκην ὅμως τὴν κατὰ δύω προσώπων γενομένην, κατ' ἀνάγκην ἡ ἐκ τοῦ δεδικασμένου ἀγωγὴ δύναται καὶ πρέπει νὰ ἐγείρηται καθ' ἑκατέρου
4 εἰς τὸ ἥμισυ. Ὁ πιστωτὴς ἐπώλησε τὸ ἐνέχυρον· ἐρωτᾶται ἂν, ἐκνικηθείσης τῆς νομῆς τοῦ ἀγοραστοῦ, δύναται ὁ πιστωτὴς νὰ προσφύγῃ κατὰ τοῦ ἐντολέως, καὶ ἂν ἐνδιαφέρῃ, ἂν δικαιώματι πιστωτοῦ ἐπώλησεν ἢ κατὰ κοινὸν δίκαιον ὑπεσχέθη [νὰ ἐνθύνηται ἐν περιπτώσει ἐκνικήσεως]. ὁ Παῦλος ἀπήντησεν, ἐὰν ὁ πιστωτὴς ἐκ τοῦ τιμήματος τῶν ἐνεχύρων δὲν ἔλαβε τὸ ὀφειλόμενον, ὁ ἐντολεὺς δὲν θεωρεῖται ἐλεύθερος.

proficere eam rem ad liberatio-

ἐκ τῆς ἀπαντήσεως ταύτης καταφαί-
νεται ὅτι τὸ πρᾶγμα συντελεῖ εἰς τὴν
ἀπαλλαγὴν [τοῦ ἐντολέως], ἐὰν λόγῳ
ἐκνικήσεως μὴ ἐνέχηται [ὁ πιστωτής].

5 nem. «Ille illi salutum. Mando
«tibi, ut Blaesio Severo adfini meo
«octoginta credas sub pignore illo
«et illo: in quam pecuniam et
«quidquid usurarum nomine ac-
«cesserit indemnem rationem tu-
«am me esse ex causa mandati
«in eum diem, quoad vixerit Blae-
«sius Severus, praestaturum.» po-
stea saepe conventus mandator
non respondit: quaero, an morte
debitoris liberatus sit. Paulus res-
pondit mandati obligationem per-
petuam esse, licet in mandato
adiectum videatur indemnem ra-
tionem tuam me esse ex causa
mandati in eum diem, quoad vixe-
rit Blaesius Severus, praestatu-
6 rum. Paulus respondit non vi-
deri mandati condicioni paritum,
cum in mandato adiectum sit, ut
idonea cautio a debitore exigere-
tur, si neque fideiussor neque pi-
gnora accepta sint.

5 «Ὁ δεῖνα τὸν τάδε χαιρετᾷ· ἐντέλ-
λομαί σοι, τὸν Βλαίσιον Σεβῆρον κηδε-
στήν μου νὰ πιστώσῃς ὀγδοήκοντα ἐπὶ
τῷ δεῖνα καὶ δεῖνα ἐνεχύρῳ· διὰ τὰ
χρήματα ταῦτα καὶ ὅ,τι λόγῳ τόκων
προστεθῇ, θέλω ἐγὼ ἕνεκα τῆς ἐντολῆς
[ἣν νῦν δίδω] ἐνέχεσθαι εἰς ἀποζημίω-
σιν πρὸς σὲ ἑνόσῳ ὁ Βλαίσιος Σεβῆρος
ζῇ.» κατόπιν συχνὰ ὀχληθεὶς ὁ ἐντο-
λεὺς δὲν ἀπήντησεν· ἐρωτᾶται ἂν διὰ
τοῦ θανάτου τοῦ ὀφειλέτου ἀπηλλάγη.
ὁ Παῦλος ἀπήντησεν ὅτι ἡ τῆς ἐντο-
λῆς ἐνοχὴ εἶνε διηνεκής, καίτοι ἐν τῇ
ἐντολῇ φαίνεται προστεθὲν ὅτι ἐνοχὴ
πρὸς ἀποζημίωσιν ἕνεκα τῆς ἐντολῆς
ὑπάρχει ἑνόσῳ ὁ Βλαίσιος Σεβῆρος ζῇ.

60 *SCAEVOLA* Creditor manda-
torem convenit: is condemnatus
provocavit: quaerendum est, an
manente appellatione debitor a
creditore conveniri potest. respon-
1 di posse. Ad eum qui uxorem
ducturus erat litteras fecit tales:
«Titius Seio salutem. Sempronian
«pertinere ad animum meum co-
«gnovisti: ideoque cum ex voto
«meo nuptura tibi sit, velim cer-
«tus sis secundum dignitatem tuam
«contrahere te matrimonium. et
«quamvis idonee repromissuram
«tibi Titiam matrem puellae do-
«tem sciam, tamen et ipse quo

6 Ὁ Παῦλος ἀπήντησεν ὅτι δὲν θεω-
ρεῖται συμμόρφωσις [τοῦ ἐντολοδόχου]
πρὸς τὸν ὅρον τῆς ἐντολῆς, ὅτε ἐν τῇ
ἐντολῇ προσετέθη τὸ νὰ ληφθῇ ἀπὸ τὸν
ὀφειλέτην ἱκανὴ ἀσφάλεια, —ἐὰν μήτε
ἐγγυητὴς μήτε ἐνέχυρα ἐλήφθησαν.

60 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* Ὁ πιστωτὴς ἐνή-
γαγε τὸν ἐντολέα· οὗτος δὲ καταδι-
κασθεὶς ποιεῖ ἔφεσιν· δέον νὰ ἐξετασθῇ
ἂν διαρκούσης τῆς ἐφέσεως δύναται ὁ
ὀφειλέτης νὰ ἐναχθῇ ὑπὸ τοῦ πιστω-
1 τοῦ· ἀπήντησα ὅτι δύναται. Πρός
τινα, ὅστις ἔμελλε νὰ νυμφευθῇ ἔγρα-
ψέ τις τὰ ἑξῆς· «ὁ Τίτιος τὸν Σέϊον
χαιρετᾷ. ὅ,τι ἡ Σεμπρωνία εἶνε παρ' ἐ-
μοὶ ἐπιστηθία γινώσκεις· διὰ τοῦτο
ἐπειδὴ σὺν τῇ ἐπιθυμίᾳ μου μέλλει νὰ
σὲ συζευχθῇ, ἤθελον νὰ βεβαιωθῇς ὅτι
ἀναλόγως τῆς ἀξίας σου γάμον συνά-
πτεις· λοιπὸν καίτοι γινώσκω ὅτι ἀ-
σφαλῶς ἡ μήτηρ τῆς κορασίδος Τιτία
θέλει σοι ὑποσχεθῇ προῖκα, ὅμως κα

«magis conciliem animum tuum «domui meae, fidem meam inter«ponere non dubito: quare scias, «quodcumque ab ea ex hac causa «stipulatus fueris, id me mea fide «esse iussisse salvum te habitu«rum.» atque ita Titia, quae neque Titio mandaverat neque ratum habuerat quod scripserat, dotem Seio promisit. quaero, si heres Titii ex causa mandati praestiterit, an actione mandati heredem Titiae convenire potest. respondi secundum ea, quae proponuntur, non posse. item quaesitum est, an nec negotiorum gestorum. respondi nec hoc nomine iure agere posse: palam enim facere[1] Titium non tam Titiae nomine, quam quod consultum vellet, mandasse. item si maritus adversus mandatorem ageret, an aliqua exceptione summoveatur? respondi nihil proponi, cur summoven-

(1) hac de re (Mo.)

dus sit. Duobus quis mandavit negotiorum administrationem: quaesitum est, an unusquisque mandati judicio in solidum teneatur. respondi unumquemque pro solido conveniri debere, dummodo ab utroque non amplius debito exigatur. Si inter maritum et socerum id actum esset vel tacito intellectu[2], ut onus exhibendae uxoris ad maritum rediret praestante patre dotis usuras, nullam actionem superfore ad recipiendum quod negetur consumptum: quod si pater puellae exhibitio-

(2) intellectum (v. d. Wat.)

ἐγὼ αὐτός, ἵνα μᾶλλον σὲ πρὸς τὸν οἰκόν μου συνδέσω, δὲν διστάζω νὰ παρεμβάλω τὴν πίστιν μου· ὥστε νὰ γινώσκῃς ὅτι, ὅ,τιδήποτε ἐξ αὐτῆς (τῆς μητρὸς) ἕνεκα τούτου (τοῦ γάμου) ἤθελες ἐπερωτήσει, τοῦτο ὑπισχνοῦμαι ἐγὼ ὑπ' εὐθύνην μου, ὅτι θὰ λάβῃς ἀκέραιον.» Οὕτω δὲ ἡ Τιτία, ἥτις οὔτε εἰς τὸν Τίτιον εἶχε δώσει ἐντολήν, οὔτε εἶχεν ἐγκρίνει ὅ,τι [οὗτος] ἔγραψεν, ὑπεσχέθη εἰς τὸν Σέϊον προῖκα. ἐρωτᾶται ἐὰν ὁ κληρονόμος τοῦ Τιτίου ἕνεκα τῆς ἐντολῆς κατέβαλεν, ἆρά γε δύνατοι νὰ ἐναγάγῃ τὸν κληρονόμον τῆς Τιτίας διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς; ἀπήντησα ὅτι ὡς τὰ πράγματα ἐξετέθησαν, δὲν δύναται. ὡσαύτως ἠρωτήθη, ἂν μηδὲ [διὰ τῆς ἀγωγῆς] τῆς διοικήσεως ὑποθέσεων. ἀπήντησα ὅτι οὐδ' ἕνεκα τούτου δύναται ἐγκύρως νὰ ἐναγάγῃ, διότι ἐπὶ τοῦ προκειμένου εἶνε φανερὸν ὅτι ὁ Τίτιος οὐχὶ τόσον ἐν ὀνόματι τῆς Τιτίας, ἀλλὰ διότι ἤθελε νὰ συνδράμῃ τὴν κορασίδα, ἔδωκεν ἐντολὴν [ὡς ἐγγυητής]· ὡσαύτως ἐὰν ὁ σύζυγος ἤθελεν ἐναγάγει τὸν ἐντολέα, θ' ἀπεκρούετο ἆρά γε διά τινος ἐνστάσεως; ἀπήντησα ὅτι οὐδὲν πρόκειται, δι' ὅπερ ν' ἀποκρουσθῇ. Εἰς δύω ἐνετείλατό τις τὴν διοίκησιν ὑποθέσεων· ἠρωτήθη ἂν εἷς ἕκαστος ἐνέχηται εἰς ὁλόκληρον διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς. ἀπήντησα ὅτι εἷς ἕκαστος εἰς ὁλόκληρον δέον νὰ ἐνάγηται, ἀρκεῖ νὰ μὴ ἀπαιτῆται παρ' ἀμφοτέρων περισσότερον τοῦ ὀφειλομένου. Ἐὰν μεταξὺ τοῦ συζύγου καὶ τοῦ πενθεροῦ συνεφωνήθη, ἢ σιωπηλῶς ἠννοήθη, ὥστε τὸ βάρος τῆς διατηρήσεως τῆς γυναικὸς νὰ ὑφίσταται ὁ σύζυγος παρέχοντος τοῦ πατρὸς [τῆς γυναικὸς] τοὺς τόκους τῆς προικός, οὐδεμία ἀγωγὴ ὑπολείπεται πρὸς ἀνάληψιν [ἐκείνου] ὅπερ [ὁ πατὴρ] ἀρνεῖται ὅτι ἐδαπανήθη [ὑπὲρ τῆς γυναικός]. ἂν ὅμως ὁ πατὴρ

nem mandasse se doceat, actionem

4 mandati co npetere. Lucius Titius fratris filio commisit rerum suarum administrationem ita: Σείῳ τέκνῳ χαίρειν. ἐγὼ μὲν κατὰ φύσιν εἶναι νομίζω τὸ ὑπὲρ πατρὸς καὶ τῶν τοῦ πατρὸς υἱῶν[1] πραγματεύεσθαι δίχα τοῦ τινὰ ἐπιτροπικὸν αἰτεῖν. εἰ δὲ δεῖ καὶ τοιούτου τινός, ἐπιτρέπω σοι περὶ πάντων τῶν ἐμῶν ὡς θέλεις πραγματεύεσθαι, εἴτε πωλεῖν θέλεις εἴτε ὑποτίθεσθαι εἴτε ἀγοράζειν εἴτε ὁτιοῦν πράττειν, ὡς κυρίῳ ὄντι τῶν ἐμῶν· ἐμοῦ πάντα κύρια τὰ ὑπὸ σοῦ γινόμενα ἡγουμένου καὶ μηδὲν ἀντιλέγοντός σοι πρὸς μηδεμίαν πρᾶξιν. quaesitum est, si quid non administrandi animo, sed fraudulenter alienasset vel mandasset, an valeret. respondi eum, de quo quaereretur, plene quidem, sed quatenus res ex fide agenda esset, mandasse. item quaero, an, cum Seius magistratu functus debitor exstitisset, Lucius Titius eo nomine conveniri possit vel res ejus obligatae essent propter verba epistulae supra scripta. respondi neque conveniri posse neque res obligatas esse.

(1) τὸν τοῦ πατρὸς υἱὸν Βασ.

ἀποδεικνύῃ ὅτι ἐνετείλατο τὴν διατήρησιν τῇ γυναικός, ἁρμόζει ἡ τῆς ἐν-
4 τολῆς ἀγωγή. Ὁ Λούκιος Τίτιος εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ ἐνεπιστεύθη τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων του ὡς ἑξῆς. Τὸ τέκνον Σέϊον χαιρετᾷ. ἐγὼ μὲν φυσικὸν θεωρῶ τὸ νὰ μεριμνᾷ ὁ υἱὸς περὶ τῶν ὑποθέσεων τοῦ πατρὸς χωρὶς νὰ ζητῆται πληρεξουσιότης· ἂν ὅμως χρειάζηται καὶ τοιαύτη τις, ἔστω σοι ἐπιτετραμμένον νὰ μεριμνᾷς κατὰ βούλησιν περὶ ὅλων μου τῶν ὑποθέσεων, εἴτε θέλεις νὰ πωλῇς, εἴτε νὰ ὑποθηκεύῃς, εἴτε ν' ἀγοράζῃς, εἴτε ὁ,τιδήποτε νὰ πράττῃς, ὡσεὶ ἦσο κύριος τῶν ὑποθέσεών μου· καθόσον ἐγὼ πάντα τὰ ὑπὸ σοῦ γινόμενα θεωρῶ ἰσχυρά, καὶ οὐδόλως ἀντιλέγω εἰς σὲ ὁ,τιδήποτε πράττοντα. ἠρωτήθη, ἂν τι οὐχὶ μὲ σκοπὸ διοικήσεως, ἀλλὰ δολίως ἤθελεν ἀπαλλοτριώσει ἢ δώσει ἐντολήν, ἆρά γε ἰσχύει; ἀπήντησα ὅτι ἐκεῖνος, περὶ οὗ πρόκειται, πλήρη μέν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον καλῇ τῇ πίστει αἱ ὑποθέσεις ἤθελον ἐνεργεῖσθαι, ἔδωκεν ἐντολήν. ὡσαύτως ἐρωτᾶται ἂν, ὅτε ὁ Σέϊος διαχειρισθεὶς ἀξίωμα ἀπεδείχθη ὀφειλέτης, ὁ Λούκιος Τίτιος δύναται ἐκ τούτου νὰ ἐναχθῇ ἢ τὰ πράγματά του εἶνε ὑποκείμενα ἕνεκα τῶν ῥημάτων τῆς προρρηθείσης ἐπιστολῆς. ἀπήντησα ὅτι οὔτε νὰ ἐναχθῇ δύναται, οὔτε τὰ πράγματα ὑπόκεινται.

61 *PAULUS* Quod filio familias ut peteret mandavi, emancipatus exegit: de peculio intra annum utiliter agam. *PAULUS*: sed et cum filio agendum est.

61 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὅ,τι εἰς υἱὸν ὑπεξούσιον ἐνετειλάμην ν' ἀπαιτήσῃ, χειραφετηθεὶς εἰσέπραξεν· ἐκ τοῦ χρηματίου δύναμαι ἐντὸς ἔτους ἐπωφελῶς νὰ ἐναγάγω [τὸν πατέρα]. *ΠΑΥΛΟΣ*. ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ δύναται νὰ ἐγερθῇ ἀγωγή.

62 *SCAEVOLA* Cum controversia esset de hereditate defunctae inter scriptum heredem et patruum Maevium et amitas, Maevius lit-

62 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* Ἐνῷ περὶ τῆς κληρονομίας ἀποθανούσης ὑπῆρχεν ἔρις μεταξὺ τοῦ κληρονόμου καὶ τοῦ πατραδέλφου Μαιβίου καὶ τῆς πατραδέλφης

eris ad sorores suas factis declarauit commune futurum, quidquid ad um ex eventu litis hereditariae pervenisset, neque stipulatio litteras secuta est : quaesitum est, um transegerit idem Maevius um scripto herede ita, ut praedia et aliae quaedam res ex ea ransactione ad eum pervenirent, n ex litteris suis possit a sororius conveniri. respondit posse.

Mandavi in haec verba : «Lucius Titius Gaio suo[1] salutem. Peto et mando tibi, ut fidem dicas pro Publio Maevio apud Sempronium : quaeque a Publio soluta tibi non fuerint, me repraesentaturum hac epistula manu mea scripta notum tibi facio.» uaero, si non fideiussisset, sed mandasset creditori et alias egiset quam quod[2] ei mandatum esset, an actione mandati teneretur. espondit teneri.

(1) Seio (Hofm.)
(2) διαγρ.

ὁ Μαίβιος πέμψας ἐπιστολὴν πρὸς τὰς ἀδελφάς του διεκήρυξεν ὅτι θέλει εἶσθαι κοινόν, ὅ,τι ἐκ τῆς διεξαγωγῆς τῆς περὶ κληρονομίας δίκης ἤθελε περιέλθει εἰς αὐτόν, δὲν ἐγένετο δὲ μετὰ τὴν ἐπιστολὴν ἐπερώτησις· ἠρωτήθη, ἀφοῦ συνεβιβάσθη ὁ αὐτὸς Μαίβιος μετὰ τοῦ γεγραμμένου κληρονόμου οὕτως, ὥστε τὰ κτήματα καὶ ἄλλα τινὰ πράγματα ἐκ τοῦ συμβιβασμοῦ τούτου νὰ περιέλθωσιν εἰς αὐτόν, δύναται ἆρά γε ἐκ τῆς ἐπιστολῆς του νὰ ἐναχθῇ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν; ἀπήντησεν [ὁ Σκαιβ.] ὅτι *1* δύναται. Ἔδωκα ἐντολὴν ὡς ἑξῆς· «ὁ Λούκιος Τίτιος τὸν Γάϊον Σέϊον χαιρετᾷ. Παρακαλῶ καὶ ἐντέλλομαί σοι, νὰ ἐγγυηθῇς ὑπὲρ τοῦ Πουβλίου Μαιβίου παρὰ τῷ Σεμπρωνίῳ· ὅσα δὲ ὑπὸ τοῦ Πουβλίου δὲν ἤθελόν σοι καταβληθῇ, γνωστοποιῶ σοι διὰ τῆς παρούσης ἰδίᾳ μου χειρὶ γεγραμμένης ἐπιστολῆς ὅτι θέλω ἐγὼ μετρήσει.» ἐρωτᾶται, ἐὰν μὴ [ὁ Γάιος] ἠγγυήθη, ἀλλ' ἐντολὴν ἔδωκεν εἰς τὸν πιστωτὴν [ὥστε νὰ δανείσῃ], καὶ ἄλλως ἐνήργησεν παρ' ὡς εἶχεν ἐνταλθῇ, ἐνέχεται ἆρά γε ὁ Τίτιος ἐκ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἐντολῆς. ἀπήντησεν ὅτι ἐνέχεται.

## II [3].

## Pro socio.

1 *PAULUS* Societas coiri potest el in perpetuum, id est dum vi- unt, vel ad tempus vel ex tempore

vel sub condicione. In societate mnium bonorum omnes res quae peuntium sunt continuo communicantur,

2 *GAIUS* quia, licet specialiter raditio non interveniat, tacita ta-

(3) Εἰσ. (3.25) Κωδ. (4.37) — Βασ. (ΙΒ', Α')

## 2.

## Ἐκ τῆς ἑταιρείας.

1 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἑταιρία δύναται νὰ συσταθῇ εἴτε διὰ τὸ διηνεκές, ἤτοι ἐφόσον ζῶσιν [οἱ ἑταῖροι], εἴτε μέχρις [ὡρισμένου] χρόνου, εἴτε ἀπὸ [ὡρισμένου] *1* χρόνου, εἴτε ὑπὸ αἵρεσιν. Ἐν τῇ ἑταιρίᾳ πάσης τῆς περιουσίας πάντα τὰ πράγματα τὰ εἰς τοὺς συνεταιριζομένους ἀνήκοντα διηνεκῶς καθίστανται κοινά,

2 *ΓΑΪΟΣ* καθόσον, καίτοι εἰδικῶς παράδοσις δὲν μεσολαβεῖ, σιωπηλῶς

men creditur intervenire.

3 *PAULUS* Ea vero, quae in nominibus erunt, manent in suo statu: sed actiones invicem praesta-

1 re debent. Cum specialiter omnium bonorum societas coita est, et hereditas et legatum et quod donatum est aut quaqua ratione adquisitum communioni adquire-

2 tur. De illo quaeritur, si ita sit coita societas, ut, si qua justa hereditas alterutri obvenerit, communis sit, quae sit justa hereditas, utrum quae jure legitimo obvenit an etiam ea quae testamento? et probabilius est ad legitimam hereditatem tantum hoc per-

3 tinere. Societas si dolo malo aut fraudandi causa coita sit, ipso jure nullius momenti est, quia fides bona contraria est fraudi et dolo.

4 *MODESTINUS* Societatem coire et re et verbis et per nuntium

1 posse nos dubium non est. Dissociamur renuntiatione morte capitis minutione et egestate.

5 *ULPIANUS* Societates contrahuntur sive universorum bonorum sive negotiationis alicuius sive vectigalis sive etiam rei unius.

1 Societas autem coiri potest et valet etiam inter eos, qui non sunt aequis facultatibus, cum pleumque pauperior opera suppleat, quantum ei per comparationem patrimonii deest. donationis causa societas recte non contrahitur.

ὅμως θεωρεῖται ὅτι μεσολαβεῖ.

3 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐκεῖνα ὅμως, ἅτινα εἰς χρέη συνίστανται, μένουσιν ὡς ἔχουσιν ἀλλὰ τὰς ἀγωγὰς ὀφείλουσιν [οἱ συνεταιριζόμενοι] νὰ ἐκχωρῶσιν ἀμοιβαίως.

1 Ὅταν ῥητῶς συνεστάθη ἑταιρία πάσης τῆς περιουσίας, τότε καὶ κληρονομία καὶ κληροδοσία καὶ ὅ,τι ἐδωρήθη ἢ καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἀπεκτήθη, ὑπὲρ

2 τῆς κοινότητος ἀποκτᾶται. Ἐρωτᾶται περὶ τούτου, ἐὰν δηλ. ἑταιρία συνεστάθη οὕτως, ὥστε ἐάν τις νόμιμος κληρονομία ἤθελε περιέλθει εἰς τὸν ἕνα νὰ εἶνε κοινή, τίς εἶνε νόμιμος κληρονομία ἆρά γε ἐκείνη ἥτις ἐκ τοῦ νόμου περιῆλθεν, ἢ καὶ ἐκείνη ἥτις ἐκ διαθήκης λοιπὸν μᾶλλον πιθανὸν εἶνε ὅτι μόνον εἰς τὴν νόμιμον κληρονομίαν τοῦτο ἀπο-

3 βλέπει. Ἐὰν ἑταιρία τις ἐκ δόλου ἢ πρὸς ἐξαπάτησιν συνεστάθη, αὐτοδικαίως εἶνε ἄκυρος, καθόσον ἡ καλὴ πίστις εἶνε ἀντίθετος τῆς ἀπάτης καὶ τοῦ δόλου.

4 *ΜΟΔΕΣΤΙΝΟΣ* Ὅτι ἑταιρίαν κα διὰ [καταβολῆς] πράγματος καὶ δι' [ἀνταλλαγῆς] λέξεων καὶ δι' ἀγγέλου δύνάμεθα νὰ συστήσωμεν δὲν ἐπιδέχεται

1 ἀμφιβολίαν. Διαλύομεν δ' ἑταιρία δι' ἀποχωρήσεως, θανάτου, προσωπικῆς ἐλαττώσεως καὶ [περιελεύσεως εἰς ἔνδειαν.

5 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἑταιρίαι συνάπτονται εἴτε ὡς πρὸς ὁλόκληρον περιουσίαν εἴτε ὡς πρὸς ἐμπορίαν τινά, εἴτε ὡς πρὸς δημόσιον τέλος, εἴτε ὡς πρὸς

1 πρᾶγμα. Ἑταιρία δὲ δύναται νὰ συσταθῇ καὶ εἶνε ἔγκυρος καὶ μεταξὺ ἐκείνων, οἵτινες δὲν εἶνε ἴσης περιουσίας καθόσον πολλάκις ὁ πτωχότερος διὰ τῆς ἐργασίας ἀναπληροῖ ὅ,τι ἐλλείπει αὐτῷ κατὰ τὴν σύγκρισιν τῆς περιουσίας. λόγῳ δωρεᾶς δὲν συνάπτεται ἑταιρία ἐγκύρως.

6 *POMPONIUS* Si societatem mecum coieris ea condicione, ut partes societatis constitueres, ad boni viri arbitrium ea res redigenda est: et conveniens est viri boni arbitrio, ut non utique ex aequis partibus socii simus, veluti si alter plus operae industriae pecuniae in societatem collaturus sit.

6 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν ἑταιρίαν μετ' ἐμοῦ ἤθελες συστήσει ὑπὸ τὴν αἵρεσιν, ὥστε τὰ μέρη τῆς [συμμετοχῆς εἰς τὴν] ἑταιρίαν νὰ ὁρίσῃς, τοῦτο θέλει ῥυθμισθῆ κατὰ τὴν κρίσιν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ· σύμφωνον δὲ πρὸς τὴν κρίσιν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ εἶνε, ὥστε οὐχὶ ἐξάπαντος νὰ ὦμεν ἑταῖροι καθ' ἴσα μέρη, λ. χ. ἐὰν ὁ εἷς μέλλῃ νὰ συνεισφέρῃ εἰς τὴν ἑταιρίαν περισσοτέραν ἐργασίαν, φιλοπονίαν, χρήματα.

7 *ULPIANUS* Coiri societatem et simpliciter licet: et si non tuerit distinctum, videtur coita esse universorum quae ex quaestu veniunt, hoc est si quod lucrum ex emptione venditione, locatione conductione descendit.

7 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Σύστασις ἑταιρίας καὶ ἁπλῶς δύναται νὰ γείνῃ· ἐὰν λοιπὸν δὲν ἐγένετο διάκρισις, θεωρεῖται ὅτι συνεστάθη περὶ ὅλων ὅσα ἐκπορίζονται, ἤτοι ἐάν τι κέρδος πηγάζῃ ἐξ ἀγοράσεως, πωλήσεως, μισθώσεως καὶ ἐκμισθώσεως.

8 *PAULUS* Quaestus enim intellegitur, qui ex opera cuius descendit.

8 *ΠΑΥΛΟΣ* Διότι πόρος θεωρεῖται, ὅ,τι ἐκ τῆς ἐργασίας τινὸς πηγάζει.

9 *ULPIANUS* Nec adiecit Sabinus hereditatem vel legatum vel donationes mortis causa sive non mortis causa, fortassis haec ideo, quia non sine causa obveniunt, sed ob meritum aliquod accedunt

9 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Δὲν προσέθηκε δ' ὁ Σαβῖνος [εἰς τὸν πόρον] τὴν κληρονομίαν ἢ τὴν κληροδοσίαν ἢ τὰς δωρεὰς αἰτίᾳ θανάτου εἴτε οὐχὶ αἰτίᾳ θανάτου, ἴσως διὰ τοῦτο, ὅτι οὐχὶ ἄνευ προσωπικοῦ λόγου περιέρχονται [ταῦτα εἴς τινα], ἀλλὰ διά τινα [προσωπικὴν] ἀξίαν ἀποκτῶνται,

10 *PAULUS* et quia plerumque vel a parente vel a liberto quasi debitum nobis hereditas obvenit:

10 *ΠΑΥΛΟΣ* καὶ διότι πολλάκις εἴτε ἐκ γονέως εἴτε ἐξ ἀπελευθέρου περιέρχεται εἰς ἡμᾶς ἡ κληρονομία ὡς χρέος·

11 *ULPIANUS* et ita de hereditate legato donatione Quintus Mucius scribit.

11 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* οὕτω δὲ ὁ Κόϊντος Μούκιος γράφει περὶ κληρονομίας, κληροδοσίας, δωρεᾶς.

12 *PAULUS* Sed nec aes alienum, nisi quod ex quaestu pendebit, veniet in rationem societatis.

12 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἀλλ' οὐδὲ χρέος συνυπολογίζεται ἐν τῇ ἑταιρίᾳ, ἐκτὸς ὅ,τι μετὰ κέρδους συνέχεται.

13 *IDEM* Sed et si adiciatur, ut et quaestus et lucri socii sint, verum est non ad aliud lucrum, quam quod ex quaestu venit, hanc quoque adiectionem pertinere.

13 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἀλλὰ καὶ ἂν προστεθῆται, ὥστε καὶ ὁ πόρος καὶ τὸ κέρδος ν' ἀνήκωσιν εἰς τοὺς ἑταίρους, ἀληθὲς εἶνε ὅτι οὐχὶ εἰς ἕτερον κέρδος, παρ' εἰς ὅ,τι ἐκπορίζεται, καὶ αὕτη ἡ προσθήκη ἀποβλέπει.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

14 *ULPIANUS* Si convenerit inter socios, ne intra certum tempus communis res dividatur, non videtur convenisse, ne societate abeatur. quid tamen si hoc convenit, ne abeatur, an valeat? eleganter Pomponius scripsit frustra hoc convenire: nam et si non convenit, si tamen intempestive renuntietur societati, esse pro socio actionem. sed et si non convenit, ne intra certum tempus societate abeatur, et ante tempus renuntietur, potest rationem habere renuntiatio. nec tenebitur pro socio qui ideo renuntiavit, quia condicio quaedam, qua societas erat coita, ei non praestatur: aut quid si ita iniuriosus et damnosus socius sit, ut non expediat eum pati?

14 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν συνεφωνήθ· μεταξὺ τῶν ἑταίρων, νὰ μὴ διαιρεθ· τὸ κοινὸν πρᾶγμα ἐφ' ὡρισμένον χρό νον, δὲν θεωρεῖται ὅτι συνεφωνήθη ν μὴ γείνῃ ἀποχώρησις ἀπὸ τῆς ἑτα ρίας. τί ὅμως ἐὰν συνεφωνήθη τοῦτ νὰ μὴ γείνῃ δηλ. ἀποχώρησις, ἆρά γ ἰσχύει; ἐπιτυχῶς ὁ Πομπώνιος ἔγραψε ὅτι ματαίως συμφωνεῖται τοῦτο· διότ καὶ ἂν μὴ συνεφωνήθη, ἂν ἐν τούτοι ἀκαίρως γίνεται ἀποχώρησις ἀπὸ τῆ ἑταιρίας, ὑπάρχει ἡ ἐκ τῆς ἑταιρία ἀγωγή. ἀλλὰ καὶ ἂν συνεφωνήθη, ν μὴ γείνῃ ἀποχώρησις ἀπὸ τῆς ἑταιρία ἐφ' ὡρισμένον χρόνον, πρὸ δὲ τοῦ χρ νου γείνῃ ἀποχώρησις, δύναται ἡ ἀπο χώρησις νὰ ἔχῃ λόγον. οὐδὲ θέλει ἐνέ χεσθαι ἐκ τῆς ἑταιρίας ὅστις ἀπεχώ ρησε διὰ τοῦτο, ὅτι ὅρος τις, ὑφ' ὃν ἑταιρία συνέστη, δὲν τηρεῖται ὡς πρὸ αὐτόν. ἢ τί [θέλομεν εἰπεῖ] ἐὰν τοσοῦ τον ὑβριστικὸς καὶ ἐπιζήμιος εἶνε ἑταῖρος, ὥστε δὲν ὠφελεῖ νὰ τὸν ὑπο μένῃ τις;

15 *POMPONIUS* vel quod ea re frui non liceat, cujus gratia negotiatio suscepta sit?

15 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* ἢ ἐὰν μὴ ἐπιτρέ πηται ἡ κάρπωσις τοῦ πράγματος χά ριν τοῦ ὁποίου ἡ ἐπιχείρησις συνέστη

16 *ULPIANUS* Idemque erit dicendum, si socius renuntiaverit societati, qui rei publicae causa diu et invitus sit afuturus: quamvis nonnumquam ei obici possit, quia potuit et per alium societatem administrare vel socio committere: sed hoc non alias, nisi valde sit idoneus socias aut facilis afuturo etiam per alium societatis

16 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Τὸ αὐτὸ δὲ θέλ λεχθῇ, ἐὰν ὁ ἑταῖρος παρητήθη τῆ ἑταιρίας, διότι χάριν τῆς πολιτείας ἐ πολὺ καὶ ἄκων μέλλει νὰ εἶνε ἀπών καίτοι ἐνίοτε δύναται νὰ τῷ ἀντιτα χθῇ, ὅτι ἠδύνατο καὶ δι' ἄλλου νὰ δι οικήσῃ τὴν ἑταιρίαν ἢ εἰς τὸν ἑταῖ ρον νὰ ἐμπιστευθῇ· ἀλλὰ τοῦτο μόνο τότε, ἐὰν ὁ ἑταῖρος εἶνε λίαν ἀξιόχρεω ἢ εὐχερὴς εἰς τὸν μέλλοντα ν' ἀπέλθῃ καὶ δι' ἄλλου διοίκησις τῆς ἑταιρία

1 administratio. Qui igitur paciscitur ne dividat, nisi aliqua justa ratio intercedat, nec vendere poterit, ne alia ratione efficiat, ut dividatur. sed sane potest dici venditionem quidem non impediri,

1 Ὅστις λοιπὸν συμφωνεῖ νὰ μὴ δια ρέσῃ, ἐὰν μὴ εὔλογός τις αἰτία μεσο λαβήσῃ, μηδὲ νὰ πωλήσῃ [τὴν ἑαυτο μερίδα] δύναται, ἵνα μὴ κατ' ἄλλο τρόπον ποιήσῃ, ὥστε νὰ διαιρεθῇ. βε βαίως ὅμως δύναται νὰ λεχθῇ ὅτι

sed exceptionem adversus emptorem locum habere, si ante dividat, quam divideret is qui vendidit.

17 *PAULUS* Sed et socius qui alienaverit contra pactionem accipit[1] committit et tenetur societatis aut communi dividundo judicio. Si absenti renuntiata societas sit, quoad is sciverit, quod is adquisivit qui renuntiavit in commune redigi, detrimentum autem solius ejus esse qui renuntiaverit: sed quod absens adquisiit, ad socium eum pertinere, detrimentum ab eo factum commune esse. In societate autem coeunda nihil attinet de renuntiatione cavere, quia ipso jure societatis intempestiva renuntiatio in aestimationem venit.

18 *POMPONIUS* Si servus societatem coierit, non sufficiet, si jubeatur a domino servus abire a societate, sed socio renuntiandum est.

19 *ULPIANUS* Qui admittitur socius, ei tantum socius est qui admisit, et recte: cum enim societas consensu contrahatur, socius mihi esse non potest quem ego socium esse nolui. quid ergo si socius meus eum admisit? ei soli socius est.

20 *IDEM* (nam socii mei socius meus socius non est)

21 *IDEM* et quidquid fuerit de societate nostra consecutus, cum illo qui eum adsumpsit communicabit, nos cum eo non communicabimus. sed factum ejus praesta-

(1) διαγρ.

μὲν πώλησις δὲν ἐμποδίζεται, ἀλλ' ἔνστασις ἐναντίον τοῦ ἀγοραστοῦ λαμβάνει χώραν, ἐὰν [θέλῃ νὰ] διαιρέσῃ πρότερον, παρ' ὅ,ταν ὁ πωλήσας [δικαιῶται εἰς] διαίρεσιν.

17 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἀλλὰ καὶ ὁ ἑταῖρος ὅστις ἀπηλλοτρίωσε παρὰ τὴν συμφωνίαν, παραβιάζει [ταύτην], καὶ ἐνέχεται διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς ἑταιρίας ἢ *1* τῆς διαιρέσεως κοινοῦ. Ἐὰν εἰς ἀπόντα ἠγγέλθη ἡ ἀπὸ τῆς ἑταιρίας ἀποχώρησις, μέχρις οὗ οὗτος μάθῃ, ὅ,τι ὁ ἀποχωρήσας ἀπέκτησε καταλογίζεται ἀπὸ κοινοῦ, ἡ ζημία ὅμως εἶνε μόνου τοῦ ἀποχωρήσαντος· ἀλλ' ὅ,τι ὁ ἀπὼν ἀπέκτησεν, ἀνήκει εἰς μόνον αὐτόν, ἡ δὲ ζημία ἡ ἐξ αὐτοῦ γενομένη εἶνε κοινή. *2* Ἐπὶ συστάσεως δ' ἑταιρίας οὐδόλως ἐνδιαφέρει νὰ μεριμνᾷ τις περὶ ἀποχωρήσεως, διότι αὐτοδικαίως ἡ ἄκαιρος ἀπὸ τῆς ἑταιρίας ἀποχώρησις ἐν τῇ διατιμήσει [τῆς ζημίας] ὑπ' ὄψιν λαμβάνεται.

18 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν δοῦλος συνῆψεν ἑταιρίαν, δὲν ἀρκεῖ τὸ νὰ διαταχθῇ ὑπὸ τοῦ κυρίου ὁ δοῦλος ὥστε ν' ἀποχωρήσῃ τῆς ἑταιρίας, ἀλλὰ δέον ν' ἀναγγελθῇ ἡ ἀποχώρησις εἰς τὸν ἑταῖρον.

19 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὁ γενόμενος δεκτὸς ἑταῖρος, ἐκείνου μόνον εἶνε ἑταῖρος ὅστις ἐδέξατο· καὶ ὀρθῶς· διότι ἀφοῦ ἡ ἑταιρία διὰ συναινέσεως συνάπτεται, ἑταῖρός μου δὲν δύναται νὰ εἶνε ἐκεῖνος, ὃν ἐγὼ δὲν ἠθέλησα νὰ εἶνε ἑταῖρος· τί λοιπὸν ἐὰν ὁ ἑταῖρός μου ἐδέξατο ἐκεῖνον; αὐτοῦ μόνου εἶνε ἑταῖρος

20 *Ο ΑΥΤΟΣ* (διότι ὁ ἑταῖρος τοῦ ἑταίρου μου δὲν εἶνε ἰδικός μου ἑταῖρος)

21 *Ο ΑΥΤΟΣ* καὶ ὅ,τι ἐκ τῆς ἡμετέρας ἑταιρίας ἤθελεν ἀποκτήσει, θέλει ἔχει κοινὸν μετ' ἐκείνου, ὅστις ἔλαβεν αὐτόν, ἡμεῖς δὲν θέλομεν ἔχει κοινὸν μετ' αὐτοῦ. ἀλλὰ διὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ ἐνέχεται ἀπέναντι τῆς ἑταιρίας,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

bitur societati, id est aget socius et societati praestabit quod fuerit consecutus.

22 *GAIUS* Ex contrario factum quoque sociorum debet ei praestare sicuti suum, quia ipse adversus eos habet actionem. item certum est nihil vetare prius inter eum qui admiserit et eum qui admissus fuerit societatis judicio agi, quam agi incipiat inter ceteros et eum qui admiserit.

23 *ULPIANUS* De illo Pomponius dubitat, utrum actionem eum mandare sociis sufficit, ut, si facere ille non possit, nihil ultra sociis praestet, an vero indemnes eos praestare debeat. et puto omnimodo eum teneri ejus nomine, quem ipse solus admisit, quia difficile est negare culpa ipsius admissum. *1* Idem quaerit, an commodum, quod propter admissum socium accessit, compensari cum damno, quod culpa praebuit, debeat, et ait compensandum. quod non est verum, nam et Marcellus libro sexto digestorum scribit, si servus unius ex sociis societati a domino praepositus neglegenter versatus sit, dominun societati qui praeposuerit praestaturum nec compensandum commodum, quod per servum societati accessit, cum damno : et ita divum Marcum pronuntiasse, nec posse dici socio : «abstine commodo, quod per servum accessit, «si damnum petis.»

ἤτοι θέλει ἐναγάγει ὁ ἑταῖρος καὶ θέλει παράσχει εἰς τὴν ἑταιρίαν, ὅ,τι ἤθελε λάβει.

22 *ΓΑΪΟΣ* Ἐξ ἀντιθέτου καὶ δικαίως τὴν ἐνέργειαν τῶν ἑταίρων ὀφείλει [ὁ δεξάμενος ἐκεῖνον ἑταῖρος] νὰ ἐνέχηται ὡς διὰ τὴν ἰδίαν, καθόσον αὐτὸς ἐναντίον ἐκείνων ἔχει ἀγωγήν. ὡσαύτως εἶνε βέβαιον ὅτι οὐδὲν ἐμποδίζει ὥστε μεταξὺ ἐκείνου, ὅστις ἐδέξατο, καὶ ἐκείνου ὅστις ἐγένετο δεκτὸς νὰ ἐγερθῇ ἡ ἐκ τῆς ἑταιρίας ἀγωγὴ πρὶν ἢ ἐγερθῇ αὕτη μεταξὺ τῶν λοιπῶν [ἑταίρων] καὶ ἐκείνου ὅστις ἐδέξατο.

23 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Περὶ τούτου ὁ Πομπώνιος ἀμφιβάλλει, ἂν ἀρκῇ νὰ ἐκχωρήσῃ οὗτος (ὅστις ἐδέξατο) τὴν [κατὰ τοῦ γενομένου δεκτοῦ] ἀγωγὴν εἰς τοὺς ἑταίρους, ὥστε ἐὰν μὴ δύναται οὗτος νὰ καταβάλῃ, μηδόλως πλέον νὰ ἐνέχηται ἀπέναντι τῶν ἑταίρων, ἢ τοὐναντίον ὀφείλῃ ν' ἀποζημιώσῃ αὐτούς· φρονῶ λοιπὸν ὅτι ἐκεῖνος ἐξάπαντος ἐνέχεται δι' ἐκεῖνον, ὃν αὐτὸς μόνος ἐδέξατο, καθόσον εἶνε δύσκολον ν' ἀρνηθῇ τις ὅτι ἐκ πταίσματος αὐτοῦ ἐγένετο. *1* Ὁ αὐτὸς ἐρωτᾷ, ἂν ἡ ὠφέλεια, ἥτις ἕνεκα τοῦ δεκτοῦ γενομένου ἑταίρου ἦλθε, δέον νὰ συμψηφίζηται μετὰ τῆς ζημίας, ἣν ἐκ πταίσματος παρέσχε, λέγει λοιπὸν ὅτι δέον νὰ συμψηφίζηται. τοῦτο δὲν εἶνε ἀληθές, διότι καὶ ὁ Μάρκελλος ἐν βιβλ. ϛ' τῶν πανδεκτῶν γράφει ὅτι, ἐὰν δοῦλος ἑνὸς ἐκ τῶν ἑταίρων διορισθεὶς προεστὼς τῆς ἑταιρίας ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐδείχθη ἀμελής, κύριος ὅστις διώρισε θέλει ἐνέχεσθαι ἀπέναντι τῆς ἑταιρίας, οὐδὲ πρέπει νὰ συμψηφίζηται μετὰ τῆς ζημίας ἡ ὠφέλεια, ἥτις διὰ τοῦ δούλου ἐπῆλθεν εἰς τὴν ἑταιρίαν· οὕτω δὲ καὶ ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος ἀπήγγειλεν, οὐδὲ δύναται νὰ λεχθῇ εἰς τὸν ἑταῖρον. «ἄπεχε τῆς ὠφελείας, ἥτις διὰ τοῦ δούλου

24 *IDEM* Plane si ambo socii servum alterius praeposuerint, non tenebitur dominus ejus nomine, nisi dumtaxat de peculio: commune enim periculum esse oportet, cum ambo eum praeponamus.

25 *PAULUS* Non ob eam rem minus ad periculum socii pertinet quod neglegentia ejus perisset, quod in plerisque aliis industria ejus societas aucta fuisset: et hoc ex appellatione imperator pronuntiavit.

26 *ULPIANUS* Et ideo si socius quaedam neglegenter in societate egisset, in plerisque autem societatem auxisset, non compensatur compendium cum neglegentia, ut Marcellus libro sexto digestorum scribsit.

27 *PAULUS* Omne aes alienum, quod manente societate contractum est, de communi solvendum est, licet posteaquam societas distracta est solutum[1] sit. igitur et si sub condicione promiserat et distracta societate condicio exstitit, ex communi solvendum est: ideoque si interim societas dirimatur, cautiones interponendae sunt.

28 *IDEM* Si socii sumus et unus ex die pecuniam debeat et dividatur societas, non debet hoc deducere socius quemadmodum praesens pure debet[2], sed omnes dividere et cavere, cum dies venerit, defensu iri socium.

([1]) solvendum (Mo.) — ([2]) depitum (Mo.)

29 *ULPIANUS* Si non fuerint partes societati adiectae, aequas

πῆλθεν, ἐὰν τὴν ζημίαν ἀπαιτῇς.»

24 *Ο ΑΥΤΟΣ* Βεβαίως ἐὰν ἀμφότεροι οἱ ἑταῖροι εἶχον διορίσει προεστῶτα τὸν δοῦλον τοῦ ἑνός, δὲν θέλει ἐνέχεσθαι ὁ κύριος δι' αὐτόν, ἐκτὸς μόνον ἐκ τοῦ χρηματίου· διότι κοινὸς δέον νὰ ᾖ ὁ κίνδυνος, καθόσον ἀμφότεροι ἐκεῖνον διωρίσαμεν προεστῶτα.

25 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὅ,τι ἐξ ἀμελείας ἑταίρου ἀπωλέσθη δὲν εἶνε εἰς βάρος αὐτοῦ ὀλιγώτερον ἐκ τούτου, ὅτι ἐν πολλαῖς ἄλλαις [περιστάσεσιν] ἐκ τῆς ἐπιμελείας αὐτοῦ ἡ ἑταιρία ὠφελήθη· τοῦτο δὲ ἀπήγγειλεν ὁ αὐτοκράτωρ κατ' ἔφεσιν.

26 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Καὶ διὰ τοῦτο ἐὰν ὁ ἑταῖρος τινὰ μὲν ἐν τῇ ἑταιρίᾳ ἀμελῶς ἐνήργησεν, εἰς πολλὰ δὲ τὴν ἑταιρίαν ὠφέλησε, δὲν συμψηφίζεται ἡ ὠφέλεια μετὰ τῆς ἀμελείας, καθὰ ὁ Μάρκελλος ἐν βιβλ. ϛ' τῶν πανδεκτῶν ἔγραψε.

27 *ΠΑΥΛΟΣ* Πᾶν χρέος, ὅπερ ὑφισταμένης τῆς ἑταιρίας συνήφθη, ἐκ τοῦ κοινοῦ δέον νὰ καταβάλληται, καὶ ἂν μετὰ τὴν διάλυσιν τῆς ἑταιρίας εἶνε καταβλητέον. λοιπὸν καὶ ἐὰν ὑπὸ αἴρεσιν εἶχεν ὑποσχεθῇ [ἑταῖρός τις], διαλυθείσης δὲ τῆς ἑταιρίας ἡ αἴρεσις ἐπληρώθη, ἐκ τοῦ κοινοῦ δέον νὰ καταβάλληται· ὅθεν ἂν ἐν τῷ μεταξὺ ἡ ἑταιρία διαλύεται, πρέπει νὰ δοθῶσιν ἀσφάλειαι.

28 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν εἴμεθα ἑταῖροι καὶ εἰς ὀφειλὴ χρήματα ἀπὸ [ὡρισμένης] ἡμέρας, διαιρῆται δ' ἡ ἑταιρία, δὲν πρέπει ν' ἀφαιρῇ τοῦτο ὁ ἑταῖρος ὡσεὶ ἐνεστώτως [καὶ] ἀπολύτως ὀφειλετό, ἀλλὰ πάντες [πρέπει] νὰ διαιρέσωσι παρέχοντες ἀσφάλειαν ὅτι, ὅταν ἡ ἡμέρα φθάσῃ, θέλουσιν ὑπερασπίσει τὸν ἑταῖρον.

29 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν μὴ ἐν τῇ [συνάψει τῆς] ἑταιρίας προσετέθησαν αἱ

eas esse constat. si vero placuerit, ut quis duas partes vel tres habeat, alius unam, an valeat? placet valere, si modo aliquid plus contulit societati vel pecuniae vel operae vel cuiuscumque alterius rei

1 causa[1]. Ita coiri societatem posse, ut nullam partem damni alter sentiat, lucrum vero commune sit, Cassius putat: quod ita demum valebit, ut et Sabinus scribit, si tanti sit opera, quanti damnum est: plerumque enim tanta est industria socii, ut plus societati conferat quam pecunia, item[2] si solus naviget, si solus peregrinetur, pe-

(1) διαγρ. (Hal.)—(2) ita (Mo.)

2 ricula subeat solus. Aristo refert Cassium respondisse societatem talem coiri non posse, ut alter lucrum tantum, alter damnum sentiret, et hanc societatem leoninam solitum appellare: et nos consentimus talem societatem nullam esse, ut alter lucrum sentiret, alter vero nullum lucrum, sed damnum sentiret: iniquissimum enim genus societatis est, ex qua quis damnum, non etiam lucrum spectet.

30 *PAULUS* Mucius libro quarto decimo scribit non posse[3] societatem coiri, ut aliam damni, aliam lucri partem socius ferat: Servius in notatis Mucii ait nec posse societatem ita contrahi, neque enim lucrum intellegitur nisi omni damno deducto neque damnum nisi omni lucro deducto: sed potest coiri societas ita, ut ejus lucri, quod reliquum in societate

(3) probe (Mo.)

μερίδες, γνωστὸν ὅτι αὗται εἶνε ἴσαι. ἂν ὅμως συνεφωνήθη, ὥστε εἰς μὲν δύω μερίδια ἢ τρία νὰ ἔχῃ, ἕτερος δ' ἕν, ἆρά γε ἰσχύει; ἐδέχθησαν ὅτι ἰσχύει, ἀρκεῖ μόνον νὰ συνεισήνεγκέ τι εἰς τὴν ἑταιρίαν περισσότερον εἴτε εἰς χρήματα, εἴτε εἰς ἐργασίαν, εἴτε εἰς οἱονδήποτε ἄλλο πρᾶγμα. Οὕτω δύναται νὰ συναφθῇ ἑταιρία, ὥστε μηδεμίαν μερίδα τῆς ζημίας εἰς νὰ ὑφίσταται τὸ κέρδος ὅμως νὰ εἶνε κοινόν, φρονεῖ ὁ Κάσσιος· ὅπερ τότε μόνον θέλει ἰσχύει καθὰ καὶ ὁ Σαβῖνος γράφει, ἂν τοσοῦτον ἀξίζῃ ἡ ἐργασία, ὅσον εἶνε ἡ ζημία· διότι πολλάκις τοσαύτη εἶνε ἡ ἐνέργεια τοῦ ἑταίρου, ὥστε νὰ συνεισφέρῃ εἰς τὴν ἑταιρίαν περισσότερα παρὰ τὰ χρήματα· ὡς ἐὰν μόνος πλέῃ ἐὰν μόνος ἀποδημῇ, τοὺς κινδύνους μόνος ὑφίσταται. Ὁ Ἀρίστων ἀναφέρει, ὅτι ὁ Κάσσιος ἀπήντησεν ὅτι ἑταιρία τοιαύτη δὲν δύναται νὰ συσταθῇ ὥστε εἰς μὲν τὸ κέρδος μόνον, ἕτερος δὲ τὴν ζημίαν νὰ ὑφίσταται. ἡ τοιαύτη δ' ἑταιρία *λεοντεία* συνήθως καλεῖται. καὶ ἡμεῖς δὲ συναινοῦμεν ὅτι τοιαύτη ἑταιρία εἶνε ἄκυρος, τὸ νὰ ἀναδέχηται δηλ. εἰς μὲν τὸ κέρδος, ἕτερος δὲ οὐδὲν κέρδος, ἀλλὰ τὴν ζημίαν. διότι ἀνισότατον εἶδος ἑταιρίας εἶνε [ἐκεῖνο] ἐξ οὗ τις ζημίαν, οὐχὶ δὲ καὶ κέρδος ἀναμένει

30 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὁ Μούκιος ἐν βιβλ. ιδ' γράφει ὅτι οὐχὶ καλῶς συνίσταται ἑταιρία [τοιαύτη] ὥστε ὁ ἑταῖρος ἄλλην μερίδα τῆς ζημίας, ἄλλην τοῦ κέρδους νὰ ἔχῃ· ὁ Σέρβιος ἐν ταῖς σημειώσεσι τοῦ Μουκίου λέγει ὅτι οὐδὲ δύναται νὰ συναφθῇ οὕτως ἑταιρία, διότι οὔτε κέρδος θεωρεῖται εἰμὴ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν πάσης ζημίας, οὔτε ζημία, εἰμὴ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν παντὸς κέρδους· ὅμως δύναται νὰ συσταθῇ ἑταιρία οὕτως, ὥστε εἰς τὸ κέρδος, ὅπερ μετὰ τὴν

sit omni damno deducto, pars alia feratur, et ejus damni, quod similiter relinquatur, pars alia capiatur.

31 *ULPIANUS* Ut sit pro socio actio, societatem intercedere oportet : nec enim sufficit rem esse communem, nisi societas intercedit. communiter autem res agi potest etiam citra societatem, ut puta cum non affectione societatis incidimus in communionem, ut evenit in re duobus legata, item si a duobus simul empta res sit, aut si hereditas vel donatio communiter nobis obvenit, aut si a duobus separatim emimus partes eorum non socii futuri.

32 *IDEM* Nam cum tractatu habito societas coita est, pro socio actio est, cum sine tractatu in re ipsa et negotio, communiter gestum videtur,

33 *IDEM* ut in conductionibus publicorum, item in emptionibus: nam qui nolunt inter se contendere, solent per nuntium rem emere in commune, quod a societate longe remotum est. et ideo societate sine tutoris auctoritate coita pupillus non tenetur, attamen communiter gesto tenetur.

34 *GAIUS* Quibus casibus si quid forte unus in eam rem impenderit sive fructus mercedesve unus perceperit vel deteriorem fecerit rem, non societatis judicio locus est, sed inter coheredes quidem familiae herciscendae judicio agitur, inter ceteros communi divi-

ἀφαίρεσιν πάσης ζημίας ὑπελείφθη εἰς τὴν ἑταιρίαν, νὰ ὑπάρχῃ ἄλλη μετοχή, καὶ εἰς τὴν ζημίαν, ἥτις ὁμοίως ὑπολείπεται, νὰ ὑπάρχῃ ἄλλη τοιαύτη.

31 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἵνα ὑπάρξῃ ἡ ἐκ τῆς ἑταιρίας ἀγωγή, δέον νὰ μεσολαβήσῃ ἑταιρία. διότι δὲν ἀρκεῖ νὰ ὑπάρχῃ πρᾶγμα κοινόν, ἐὰν μὴ ἑταιρία μεσολαβῇ· κοινῶς δὲ δύναται νὰ διοικηθῇ πρᾶγμα καὶ ἄνευ ἑταιρίας, ὡς λ. χ. ὅταν οὐχὶ μὲ πρόθεσιν ἑταιρίας περιερχώμεθα εἰς κοινωνίαν, ὡς συμβαίνει ἐπὶ πράγματος εἰς δύω κληροδοτηθέντος· ὡσαύτως ἐὰν παρὰ δύω συγχρόνως ἠγοράσθη πρᾶγμα, ἢ ἐὰν κληρονομία ἢ δωρεὰ κοινῶς εἰς ἡμᾶς περιῆλθεν, ἢ ἐὰν παρὰ δύω χωριστὰ ἠγοράσαμεν τὰς μερίδας αὐτῶν μέλλοντες νὰ μὴ εἴμεθα ἑταῖροι.

32 *Ο ΑΥΤΟΣ* Διότι ἐὰν μὲν γενομένης διαπραγματεύσεως συνεστάθη ἡ ἑταιρία, ὑπάρχει ἡ ἐκ τῆς ἑταιρίας ἀγωγή, ἐὰν δ' ἄνευ διαπραγματεύσεως ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος καὶ τῆς ὑποθέσεως, θεωρεῖται κοινοπραξία,

33 *Ο ΑΥΤΟΣ* ὡς ἐπὶ τῶν μισθώσεων τῶν δημοσίων, ὡσαύτως ἐπὶ τῶν ἀγοράσεων· διότι οἱ μὴ θέλοντες νὰ φιλονεικήσωσι πρὸς ἀλλήλους [ἐν τῷ ὑπερθεματισμῷ], συνειθίζουσι δι' ἀγγέλου κοινῶς τὸ πρᾶγμα ν' ἀγοράζωσιν, ὅπερ ἀπὸ τῆς ἑταιρίας πολὺ ἀπέχει. καὶ διὰ τοῦτο ἐὰν συσταθῇ ἑταιρία ἄνευ τῆς αὐθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου, ὁ ἄνηβος δὲν ἐνέχεται· ἐν τούτοις ἐκ τοῦ κοινῶς ἐνεργηθέντος ἐνέχεται.

34 *ΓΑΪΟΣ* Κατὰ τὰς περιπτώσεις ταύτας [τῆς ἁπλῆς κοινωνίας] ἐάν τις τυχὸν ἐδαπάνησέ τι διὰ τὸ πρᾶγμα, εἴτε εἰς συνήγαγε καρποὺς ἢ μισθούς, εἴτε χειρότερον ἐποίησε τὸ πρᾶγμα, δὲν λαμβάνει χώραν ἡ τῆς ἑταιρίας ἀγωγή, ἀλλὰ μεταξὺ μὲν τῶν συγκληρονόμων ἐγείρεται ἡ τῆς διανομῆς κληρο-

dundo. inter eos quoque, quibus hereditario jure communis res est, posse et communi dividundo agi.

νομίας ἀγωγή, μεταξὺ δὲ τῶν λοιπῶν ἡ τῆς διαιρέσεως κοινοῦ. ὡσαύτως μεταξὺ ἐκείνων, ὧν δικαιώματι κληρονομικῷ ὑπάρχει πρᾶγμα κοινόν, δύναται καὶ ἡ τῆς διαιρέσεως κοινοῦ ἀγωγὴ νὰ ἐγερθῇ.

35 *ULPIANUS* Nemo potest societatem heredi suo sic parere, ut ipse heres socius sit : in heredem autem socii proponitur actio, ut bonam fidem praestet.

35 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Οὐδεὶς δύναται νὰ καταρτίσῃ ἑταιρίαν διὰ τὸν κληρονόμον του, ὥστε αὐτὸς ὁ κληρονόμος νὰ εἶνε ἑταῖρος· ὅμως κατὰ τοῦ κληρονόμου τοῦ ἑταίρου δίδεται ἀγωγή, ὥστε νὰ ἐνέχηται διὰ καλὴν πίστιν,

36 *PAULUS* et acti etiam culpam, quam is praestaret in cuius locum successit, licet socius non sit.

36 *ΠΑΥΛΟΣ* καὶ διὰ πταῖσμα διαπραχθέν, δι' ὅπερ θὰ ἐνείχετο ἐκεῖνος ὃν διεδέχθη, καίτοι οὗτος (ὁ κληρονόμος) δὲν εἶνε ἑταῖρος.

37 *POMPONIUS* Plane si hi, qui sociis heredes exstiterint, animum inierint societatis in ea hereditate, novo consensu quod postea gesserint efficitur ut in pro socio actionem deducatur.

37 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Βεβαίως ἐὰν ἐκεῖνοι, οἵτινες ἀνεδείχθησαν κληρονόμοι τῶν ἑταίρων, εἰσήγαγον τὴν πρόθεσιν τῆς ἑταιρίας εἰς αὐτὴν τὴν κληρονομίαν, διὰ τῆς νέας συναινέσεως ἐπέρχεται ὥστε ὅ,τι κατόπιν ἤθελον ἐνεργήσει νὰ καταλήγῃ εἰς τὴν ἐκ τῆς ἑταιρίας ἀγωγήν.

38 *PAULUS* Pro socio arbiter prospicere debet cautionibus in futuro damno vel lucro pendente ex ea societate. quod Sabinus in omnibus bonae fidei judiciis existimavit, sive generalia sunt (veluti pro socio, negotiorum gestorum, tutelae) sive specialia (veluti man-

*1* dati, commodati, depositi). Si tecum societas mihi sit et res ex societate communes, quam impensam in eas fecero quosve fructus ex his rebus ceperis, vel pro socio vel communi dividundo me consecuturum et altera actione alteram tolli Proculus ait.

38 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὁ [ἐπὶ ἀγωγῆς] ἐξ ἑταιρίας διαιτητὴς δέον νὰ προνοῇ περὶ ἀσφαλειῶν ὡς πρὸς μέλλουσαν ζημίαν ἢ κέρδος πηγάζον ἐκ τῆς ἑταιρίας· τοῦτο δ' ὁ Σαβῖνος ἐφ' ὅλων τῶν καλῆς πίστεως δικῶν ἐφρόνει, εἴτε γενικαὶ εἶνε (λ. χ. ἐκ τῆς ἑταιρίας, τῆς διοικήσεως, ὑποθέσεων, τῆς ἐπιτροπείας) εἴτε εἰδικαὶ (ὡς τῆς ἐντολῆς, τοῦ χρησιδανείου, *1* τῆς παρακαταθήκης). Ἐὰν ὑπάρχῃ ἑταιρία κοινὴ μεταξὺ σοῦ καὶ ἐμοῦ καὶ πράγματα ἐκ τῆς ἑταιρίας κοινά, ἣν δαπάνην διὰ ταῦτα ἤθελον ποιήσει, ἢ ὅσους καρποὺς ἐκ τῶν πραγμάτων τούτων ἤθελες λάβει, εἴτε διὰ τῆς ἐκ τῆς ἑταιρίας, εἴτε διὰ τῆς διαιρέσεως κοινοῦ θέλω ἐπιτύχει· διὰ τῆς μιᾶς δ' ἀγωγῆς αἴρεται ἡ ἑτέρα, λέγει ὁ Πρόκουλος.

39 *POMPONIUS* Si fundus mihi

39 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν ἀγρὸς ὑπάρχῃ

tecum communis sit et in eum mortuum intuleris, agam tecum pro socio.

40 *IDEM* Heres socii quamvis socius non est, tamen ea, quae per defunctum inchoata sunt per heredem explicari debent: in quibus dolus ejus admitti potest.

41 *ULPIANUS* Si quis a socio poenam stipulatus sit, pro socio non aget, si tantundem in poenam sit, quantum ejus interfuit.

42 *IDEM* Quod si ex stipulatu eam consecutus sit, postea pro socio agendo hoc minus accipiet poena ei in sortem imputata.

43 *IDEM* Si actum sit communi dividundo, non tollitur pro socio actio, quoniam pro socio et nominum rationem habet et adjudicationem non admittit. sed si postea pro socio agatur, hos minus ex ea actione consequitur, quam[1] ex prima actione consecutus est.

44 *IDEM* Si margarita tibi vendenda dedero, ut, si ea decem vendidisses, redderes mihi decem, si pluris, quod excedit tu haberes, mihi videtur, si animo contrahendae societatis id actum sit, pro socio esse actionem, si minus, praescriptis verbis.

45 *IDEM* Rei communis nomine cum socio furti agi potest, si per fallaciam dolove malo amovit vel rem communem celandi animo contrectet: sed et pro socio actione obstrictus est, nec altera actio

(1) quantum (Mo.)

κοινὸς ἐμοῦ καὶ σοῦ, εἰς τοῦτον δ' ἤθελες καταθέσει νεκρόν, δύναμαι νὰ σὲ ἐναγάγω ἐκ τῆς ἑταιρίας.

40 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ὁ κληρονόμος ἑταίρου καίτοι ἑταῖρος δὲν εἶνε, ὅμως ἐκεῖνα, ἅτινα διὰ τοῦ ἀποθανόντος ἤρξαντο διὰ τοῦ κληρονόμου δέον νὰ περατῶνται· ὡς πρὸς ταῦτα δὲ δύναται νὰ διαπραχθῇ ὑπ' αὐτοῦ δόλος.

41 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐάν τις παρὰ τοῦ ἑταίρου ἐπηρώτησε ποινήν, δὲν δύναται νὰ ἐναγάγῃ ἐκ τῆς ἑταιρίας, ἐὰν μόνον εἰς τὴν ποινὴν συνίστατο τὸ διαφέρον αὐτοῦ.

42 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἂν ὅμως ἐκ τῆς ἐπερωτήσεως ἔλαβεν αὐτήν, κατόπιν ἐκ τῆς ἑταιρίας ἐνάγων θέλει λάβει τοσοῦτον ὀλιγώτερον ὑπολογιζομένης τῆς ποινῆς εἰς τὸ κεφάλαιον.

43 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν ἠγέρθη ἡ τῆς διαιρέσεως κοινοῦ ἀγωγή, δὲν αἴρεται ἡ ἐκ τῆς ἑταιρίας ἀγωγή, καθόσον ἡ ἐκ τῆς ἑταιρίας καὶ τὰς ἀπαιτήσεις ὑπ' ὄψιν λαμβάνει καὶ ἐπιδίκασιν δὲν ἐπιτρέπει· ἀλλ' ἐὰν κατόπιν ἐγείρηται ἡ ἐκ τῆς ἑταιρίας, τοῦτο ὀλιγώτερον ἐκ τῆς ἀγωγῆς ταύτης ἐπιτυγχάνει, ὅσον διὰ τῆς πρώτης ἀγωγῆς ἐπέτυχεν.

44 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐάν σοι δώσω μαργαρίτας πρὸς πώλησιν, ὥστε ἐὰν μὲν ἤθελες πωλήσει αὐτοὺς ἀντὶ δέκα, νὰ μοὶ ἀποδίδῃς τὰ δέκα, ἂν δ' ἀντὶ περισσοτέρου, σὺ νὰ ἔχῃς τὸ ὑπερβάλλον, μοὶ φαίνεται ὅτι ἐὰν μὲ πρόθεσιν συνάψεως ἑταιρίας συνεφωνήθη τοῦτο, ὑπάρχει ἡ ἐκ τῆς ἑταιρίας ἀγωγή, ἂν δ' οὐχί, ἡ τῶν προγεγραμμένων ῥημάτων.

45 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἕνεκα πράγματος κοινοῦ δύναται νὰ ἐγερθῇ κατὰ τοῦ ἑταίρου ἡ τῆς κλοπῆς ἀγωγή, ἐὰν ἐκ πανουργίας ἢ δόλου πονηροῦ ἀφῄρεσεν, ἢ πρᾶγμα κοινὸν μὲ πρόθεσιν ἀποκρύψεως ψηλαφῇ· ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἐκ τῆς ἑταιρίας ἀγωγῆς θέλει ἐναχθῇ, δὲν αἴρει

alteram tollet. idemque in omnibus bonae fidei judiciis dicendum est.

46 *PAULUS* Idem est et in colono et in eo qui negotia gerit et qui mandatum nostrum exsequitur et in tutore.

47 *ULPIANUS* Sed si ex causa furtiva condixero, cessabit pro socio actio, nisi si pluris mea inter-
1 sit. Si damnum in re communi socius dedit, Aquilia teneri eum et Celsus et Julianus et Pomponius scribunt :

48 *PAULUS* sed nihilo minus et pro socio tenetur,

49 *ULPIANUS* si hoc facto societatem laesit, si verbi gratia negotiatorem servum vulneraverit vel occidit.

50 *PAULUS* Sed actione pro socio consequitur, ut altera actione contentus esse debeat, quia utraque actio ad rei persecutionem respicit, non ut furti ad poenam dumtaxat.

72 *PAPINIANUS* Pacta conventa, quae postea facta detrahunt aliquid emptioni, contineri contractui videntur: quae vero adiciunt, credimus non inesse. quod locum habet in his, quae adminicula sunt emptionis, veluti ne cautio duplae praestetur aut ut cum fideiussore cautio duplae praestetur, sed quo casu agente emptore

(1) num quia ii (Mo.)

δας δέκα· ἐρωτᾶται, ἂν οἱ δέκα οὗτοι πόδες, οἵτινες τότε προσηύξησαν, εἶνε ὑπὸ τὸ ὕδωρ, διότι ἡ λίμνη ηὔξησεν, ἀνήκουσιν ἆρά γε εἰς τὴν Ρουτιλίαν Πόλλαν οἱ προσεχεῖς δέκα ἀπὸ τοῦ ὕδατος πόδες; ὁ Πρόκουλος ἀπήντησεν· ἐγὼ φρονῶ ὅτι ἐπὶ τοσοῦτον ἡ λίμνη, ἣν ἠγόρασεν ἡ Ρουτιλία Πόλλα, ἐπωλήθη, ἐφ' ὅσον ὑπῆρχε τότε, καὶ περὶ αὐτὴν δέκα πόδες, οἵτινες τότε ὑπῆρξαν, ἐκ τούτου δέ, ὅτι ἡ λίμνη κατόπιν ηὔξησεν, εὐρύτερον δὲν ὀφείλει νὰ νέμηται, παρ' ὅσον ἠγόρασε.

70 *ΛΙΚΙΝΝΙΟΣ ΡΟΥΦΙΝΟΣ* Ἐλευθέρου ἀνθρώπου ἀγόρασις δύναται νὰ συναφθῇ, πλεῖστοι ἐφρόνουν, ἀρκεῖ μόνον μεταξὺ ἀγνοούντων τοῦτο νὰ γίνηται. αὐτὸ δὲ τοῦτο εἶνε δεκτόν, καὶ ἂν ὁ μὲν πωλητὴς γινώσκῃ, ὁ δ' ἀγοραστὴς ἀγνοῇ. ἂν ὅμως ὁ ἀγοραστὴς γινώσκων ὅτι εἶνε ἐλεύθερος ἠγόρασεν, οὐδόλως συνάπτεται ἀγόρασις.

71 *ΠΑΠΙΡΙΟΣ ΙΟΥΣΤΟΣ* Οἱ αὐτοκράτορες Ἀντωνῖνος καὶ Βῆρος τῷ Αὐγούστῳ Σεξτίῳ Βήρῳ ἀντεπέστειλαν ὡς ἑξῆς. «μὲ ποῖα μέτρα ἢ τιμήματα οἱ ἔμποροι ἤθελον ἀγοράσει τοὺς οἴνους, εἶνε εἰς τὴν ἐξουσίαν τῶν συμβαλλομένων, διότι οὐδεὶς ἀναγκάζεται νὰ πωλῇ, ἐὰν εἴτε τὸ τίμημα εἴτε τὸ μέτρον ἀπαρέσκῃ, μάλιστα ἐὰν μηδὲν ἐναντίον τῆς συνηθείας τοῦ τόπου γίνηται.»

72 *ΠΑΠΙΝΙΑΝΟΣ* Τὰ συναφθέντα σύμφωνα, ἅτινα κατόπιν γενόμενα ἀφαιροῦσί τι ἀπὸ τῆς ἀγοράσεως, θεωροῦνται ὅτι περιέχονται εἰς τὸ συμβόλαιον· ὅσα ὅμως προσθέτουσι, θεωροῦμεν ὅτι δὲν περιλαμβάνονται. τοῦτο δὲ λαμβάνει χώραν ἐπὶ ἐκείνων, ἅτινα εἶνε ἐπικουρίαι τῆς ἀγοράσεως, λ. χ. νὰ μὴ δοθῇ ἡ τοῦ διπλοῦ ἀσφάλεια, ἢ δι ἐγγυητοῦ νὰ δοθῇ ἡ τοῦ διπλοῦ ἀσφάλεια. ἀλλὰ ἐν ᾗ περιπτώσει ἐνάγοντος

non valet pactum, idem vires habebit jure exceptionis agente venditore. an idem dici possit aucto postea vel deminuto pretio, non immerito quaesitum est, quoniam emptionis substantia constitit ex pretio. *PAULUS notat* : si omnibus integris manentibus de augendo vel deminuendo pretio rursum convenit, recessum a priore contractu et nova emptio intercessis-

τοῦ ἀγοραστοῦ δὲν ἰσχύει τὸ σύμφωνον, τὸ αὐτὸ ἀποτέλεσμα θέλει εἶσθαι δυνάμει ἐνστάσεως ἐὰν ἐνάγῃ ὁ πωλητής· ἂν δὲ τὸ αὐτὸ δύναται νὰ λεχθῇ αὐξηθέντος κατόπιν ἢ ἐλαττωθέντος τοῦ τιμήματος, οὐχὶ ἀσκόπως ἐξητάσθη, καθόσον ἡ οὐσία τῆς ἀγοράσεως συνίσταται ἐκ τοῦ τιμήματος. ὁ *ΠΑΥΛΟΣ* παρατηρεῖ· ἐὰν πρὸ πάσης ἐκτελέσεως τοῦ συμβολαίου περὶ αὐξήσεως ἢ ἐλαττώσεως τοῦ τιμήματος ἐκ νέου συνήφθη σύμβασις, θεωρεῖται ὅτι ἐγένετο ἀποχώρησις ἀπὸ τοῦ προηγουμένου συμβολαίου καὶ νέα ἀγόρασις κατηρτίσθη.

*1* se videtur. *PAPINIANUS*: Lege venditionis illa facta «si quid sa-«cri aut religiosi aut publici est, «ejus nihil venit», si res non in usu publico, sed in patrimonio fisci erit, venditio ejus valebit, nec venditori proderit exceptio, quae non habuit locum.

*1* Ὁ δὲ *ΠΑΠΙΝΙΑΝΟΣ* [λέγει] ὅταν ἐγένετο ἡ ἐξῆς συμφωνία πωλήσεως «ἐὰν εἶνέ τι ἱερὸν ἢ ὅσιον ἢ δημόσιον, οὐδόλως τοῦτο νὰ πωλῆται,» — ἐὰν τὸ πρᾶγμα εἶνε οὐχὶ εἰς δημοσίαν χρῆσιν, ἀλλ' εἰς τὴν περιουσίαν τοῦ δημοσίου, ἡ πώλησις αὐτοῦ ἰσχύει, οὐδὲ θέλει ὠφελεῖ τὸν πωλητὴν ἔνστασις, ἥτις δὲν ἔσχεν ὕπαρξιν.

73 *IDEM* Aede sacra terrae motu diruta locus aedificii non est profanus et ideo venire[1] non pot-

*1* est. Intra maceriam sepulchrorum hortis vel ceteris culturis loca pura servata, si nihil venditor nominatim excepit, ad emptorem pertinent.

73 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν ναὸς ἱερὸς ἐκ σεισμοῦ καταπέσῃ, ὁ τόπος τοῦ οἰκοδομήματος δὲν εἶνε ἀνόσιος, καὶ διὰ τοῦτο

*1* δὲν δύναται νὰ πωληθῇ. Οἱ μεταξὺ τῶν τοίχων τῶν τάφων διὰ κήπους ἢ ἄλλην καλλιέργειαν διατηρηθέντες καθαροὶ τόποι, ἐὰν μηδὲν ὁ πωλητὴς ρητῶς ἐξήρεσεν, εἰς τὸν ἀγοραστὴν ἀνήκουσιν.

74 *IDEM* Clavibus traditis ita mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur, si claves apud horrea traditae sint : quo facto confestim emptor dominium et possessionem adipiscitur, etsi non aperuerit horrea: quod si venditoris merces non fuerunt, usucapio confestim inchoabitur.

(1) veniri (Vat.)

74 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν παρεδόθησαν αἱ κλεῖς, τότε ἡ νομὴ τῶν ἐν ταῖς ἀποθήκαις τηρουμένων ἐμπορευμάτων θεωρεῖται παραδοθεῖσα, ἐὰν αἱ κλεῖς πλησίον τῶν ἀποθηκῶν παρεδόθησαν· τούτου δὲ γενομένου ἀμέσως ὁ ἀγοραστὴς ἀποκτᾷ τὴν κυριότητα καὶ τὴν νομήν, καὶ ἂν μὴ ἤνοιξε τὰς ἀποθήκας. ἂν ὅμως τὰ ἐμπορεύματα δὲν ἦσαν τοῦ πωλητοῦ, ἡ χρησικτησία ἀμέσως ἄρχεται.

75 *HERMOGENIANUS* Qui fundum vendidit, ut eum certa mer-

75 *ΕΡΜΟΓΕΝΙΑΝΟΣ*. Ὅστις ἀγρὸν ἐπώλησεν, [οὕτως] ὥστε ὁ ἴδιος νὰ ἔχῃ

cede conductum ipse habeat vel, si vendat, non alii, sed sibi distrahat vel simile aliquid paciscatur: ad complendum id, quod pepigerunt, ex vendito agere poterit.

76 *PAULUS* Dolia in horreis defossa si non sint nominatim in venditione excepta, horreorum

1 venditioni cessisse videri. Eum, qui in locum emptoris successit, isdem defensionibus uti posse, quibus venditor ejus uti potuisset, sed et longae possessionis praescriptione, si utriusque possessio impleat tempora constitutionibus statuta.

77 *IAVOLENUS* In lege fundi vendundi lapidicinae in eo fundo ubique essent exceptae erant, et post multum temporis in eo fundo repertae erant lapidicinae. eas quoque venditoris esse Tubero respondit: Labeo referre quid actum sit: si non appareat, non videri eas lapidicinas esse exceptas: neminem enim nec vendere nec excipere quod non sit, et lapidicinas nullas esse, nisi quae apparent et caedantur: aliter interpretantibus totum fundum lapidicinarum fore, si forte toto eo sub terra esset lapis. hoc probo.

78 *LABEO* Fistulas emptori accessuras in lege dictum erat: quaerebatur, an castellum, ex quo fistulis aqua duceretur, accederet. respondi apparere in actum esse, ut id quoque accederet, licet scrip-

αὐτὸν μεμισθωμένον ἀντὶ ὡρισμένου τιμήματος, ἢ, ἐὰν πωλήσῃ [τὸν ἀγρὸν ὁ ἀγοραστής], οὐχὶ εἰς ἕτερον, ἀλλ' εἰς αὐτὸν νὰ πωλήσῃ, ἢ ὅμοιόν τι συμφωνῇ, — πρὸς ἐκπλήρωσιν τοῦ συμφωνηθέντος δύναται νὰ ἐναγάγῃ ἐκ τῆς πωλήσεως.

76 *ΠΑΥΛΟΣ* Πίθοι ἐν ἀποθήκαις κεχωσμένοι ἐὰν μὴ ρητῶς ἐξηρέθησαν κατὰ τὴν πώλησιν, θεωροῦνται ὅτι περιλαμβάνονται εἰς τὴν πώλησιν τῶν 1 ἀποθηκῶν. Ἐκεῖνος, ὅστις ὡς ἀγοραστὴς διεδέχθη, δύναται νὰ ποιήσῃ χρῆσιν τῶν αὐτῶν ὑπερασπίσεων [κατὰ τρίτων] ὧν ὁ πωλητής του θὰ ἠδύνατο νὰ ποιήσῃ χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ μακροῦ χρόνου παραγραφῆς, ἐὰν ἡ νομὴ ἑκατέρου συμπληροῖ τοὺς ὑπὸ τῶν διατάξεων ὡρισμένους χρόνους.

77 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Ἐν τῇ συμφωνίᾳ πωλουμένου ἀγροῦ ἐξηρέθησαν τὰ λατομεῖα ὁπουδήποτε τοῦ ἀγροῦ ἤθελον εἶσθαι, καὶ μετὰ πολὺν χρόνον ἀνεκαλύφθησαν ἐν τῷ ἀγρῷ ἐκείνῳ λατομεῖα. καὶ ταῦτα εἶνε τοῦ πωλητοῦ, ἀπήντησεν ὁ Τυβέρων. ὁ δὲ Λαβέων [λέγει] ὅτι ἐνδιαφέρει [νὰ γινώσκωμεν] τί ἐσκοπεῖτο· ἐὰν δὲ μὴ εἶνε καταφανές, δὲν θεωροῦνται τὰ λατομεῖα ἐκεῖνα ὅτι ἐξηρέθησαν· διότι οὐδεὶς οὔτε πωλεῖ οὔτε ἐξαιρεῖ, ὅ,τι δὲν ὑπάρχει, τὰ δὲ λατομεῖα εἶνε ἀνύπαρκτα, ἐκτὸς ὅσα εἶνε καταφανῆ καὶ λατομοῦνται. ἐὰν δ' ἄλλως ἑρμηνεύσωμεν, ὁλόκληρος ὁ ἀγρὸς θέλει εἶσθαι λατομεῖον, ἐὰν τυχὸν ἐν ὅλῳ τούτῳ ὑπὸ τὴν γῆν ὑπάρχῃ λίθος· τοῦτο δ' ἐπιδοκιμάζω.

78 *ΛΑΒΕΩΝ* Ἐν τῇ συμφωνίᾳ [τῆς πωλήσεως] ἐλέχθη ὅτι οἱ σωλῆνες [ὑδραγωγείου] θέλουσιν ἀκολουθήσει τὸν ἀγοραστήν· ἠρωτᾶτο, ἂν ἡ δεξαμενή, ἐξ ἧς διὰ σωλήνων ἐφέρετο ὕδωρ, παρακολουθῇ. ἀπήντησα ὅτι προφανῶς τοῦτο ἐσκοπεῖτο, ὥστε καὶ αὕτη νὰ

1 tura non continetur. Fundum ab eo emisti, cuius filii postea tutelam administras, nec vacuam accepisti possessionem. dixi tradere te tibi possessionem hoc modo posse, ut pupillus et familia ejus decedat de fundo, tunc demum

2 tu ingrediaris possessionem. Qui fundum ea lege emerat, ut soluta pecunia traderetur ei possessio, duobus heredibus relictis decessit. si unus omnem pecuniam solverit, partem familiae herciscundae judicio servabit : nec, si partem solvat, ex empto cum venditore aget, quoniam ita contractum aes alienum dividi non po-

3 tuit. Frumenta quae in herbis erant cum vendidisses, dixisti te, si quid vi aut tempestate factum esset, praestaturum : ea frumenta nives corruperunt : si immoderatae fuerunt et contra consuetudinem tempestatis[1], agi tecum ex empto poterit.

79 *IAVOLENUS* Fundi partem dimidiam ea lege vendidisti, ut emptor alteram partem, quam retinebas, annis decem certa pecunia in annos singulos conductam habeat. Labeo et Trebatius negant posse ex vendito agi, ut id quod convenerit fiat. ego contra puto, si modo ideo vilius fundum vendidisti, ut haec tibi conductio praestaretur : nam hoc ipsum pretium fundi videretur[2], quod eo pacto venditus fuerat : eoque jure utimur.

παρακολουθήσῃ, καίτοι ἐν τῷ ἐγγράφῳ 1 δὲν περιέχεται. Ἠγόρασας ἀγρὸν ἀπ' ἐκείνου, τοῦ υἱοῦ τοῦ ὁποίου διοικεῖς κατόπιν τὴν ἐπιτροπείαν, δὲν ἔλαβες δὲ σχολαίαν τὴν νομὴν [τοῦ ἀγροῦ]. εἶπον ὅτι δύνασαι νὰ παραδώσῃς εἰς σεαυτὸν τὴν νομὴν οὕτως, ὥστε πρῶτον μὲν ὁ ἄνηβος καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ν' ἀποχωρήσωσι τοῦ ἀγροῦ, τότε δὲ σὺ νὰ 2 προβῇς εἰς τὴν νομήν. Ἀγοράσας τις ἀγρὸν ὑπὸ τὴν συμφωνίαν νὰ τῷ παραδοθῇ ἡ νομὴ μετὰ τὴν καταβολὴν τῶν χρημάτων, δύω κληρονόμους καταλιπὼν ἀπέθανεν. ἐὰν ὁ εἷς ὁλόκληρον τὸ χρῆμα κατέβαλε, θέλει λάβει τὸ ἥμισυ [τοῦ ἀγροῦ] διὰ τῆς περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγῆς. δὲν δύναται δὲ καταβάλλων μέρος [τῶν χρημάτων] νὰ ἐναγάγῃ κατὰ τοῦ πωλητοῦ ἐκ τῆς ἀγοράσεως, καθόσον τὸ οὕτω συναφθὲν 3 χρέος δὲν δύναται νὰ διαιρεθῇ. Ὅτε τοὺς σίτους, οἵτινες ἐπὶ τῆς χλόης ἦσαν ἐπώλεις, εἶπες ὅτι, ἐάν τι ἐξ [ἀνωτέρας] βίας ἢ κακοκαιρίας ἤθελε συμβῇ, σὺ θέλεις ἐνέγεσθαι. τοὺς σίτους ἐκείνους αἱ χιόνες κατέστρεψαν· ἐὰν ὑπέρμετροι ὑπῆρξαν καὶ παρὰ τὴν συνήθειαν θυελλώδεις, δύναται νὰ ἐγερθῇ κατὰ σοῦ ἡ ἐκ τῆς ἀγοράσεως ἀγωγή.

79 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Τὸ ἥμισυ μέρος ἀγροῦ μὲ τοιαύτην συμφωνίαν ἐπώλησας, ὥστε ὁ ἀγοραστὴς τὸ ἕτερον μέρος, ὅπερ ἐκράτησας, ἐπὶ δέκα ἔτη ἀντὶ ὡρισμένου χρήματος καθ' ἕκαστον ἔτος νὰ ἔχῃ μεμισθωμένον. ὁ Λαβέων καὶ Τρεβάτιος ἀρνοῦνται ὅτι δύναται νὰ ἐγερθῇ ἀγωγὴ ἐκ τῆς πωλήσεως, ὥστε νὰ γείνῃ ὅ,τι συνεφωνήθη. ἐγὼ τοὐναντίον φρονῶ, ἀρκεῖ μόνον διὰ τοῦτο εὐτελέστερον νὰ ἐπώλησας τὸν ἀγρόν, ἵνα σοι δοθῇ ἡ τοιαύτη μίσθωσις. διότι αὐτὸ τοῦτο θεωρεῖται τίμημα τοῦ ἀγροῦ, ὅτι ὑπὸ τοιαύτην συμφωνίαν ἐπωλήθη. τοῦτο δ' εἶνε καὶ τὸ ἐν χρήσει δίκαιον.

(1) tempestates (Jalmasius)—(2) videtur (Hal.)

80 *LABEO* Cum manu sata in venditione fundi excipiuntur, non quae in perpetuo sata sunt excipi viderentur[1], sed quae singulis annis seri solent, ita ut fructus eorum tollatur: nam aliter interpretantibus vites et arbores om-

(1) videntur (Hal.)

1 nes exceptae videbuntur. Huius rei emptionem posse fieri dixi: «quae ex meis aedibus in tuas ae«des proiecta sunt, ut ea mihi ita «habere liceat», deque ea re ex 2 empto agi. Silva caedua in quinquennium venierat: quaerebatur, cum glans decidisset, utrius esset. scio Servium respondisse, primum sequendum esse quod appareret actum esse: quod si in obscuro esset, quaecumque glans ex his arboribus quae caesae non essent cecidisset, venditoris esse, eam autem, quae in arboribus fuisset eo tempore cum haec caederen-3 tur, emptoris. Nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat, sed hoc aut locatio est aut aliud genus contractus.

81 *SCAEVOLA* Titius cum mutuos acciperet tot aureos sub usuris, dedit pignori sive hypothecae praedia et fideiussorem Lucium, cui promisit intra triennium proximum se eum liberaturum: quod si id non fecerit die supra scripta et solverit debitum fideiussor creditori, jussit praedia empta esse[2], quae creditoribus obligaverat. quaero, cum non sit liberatus Lu-

(1) ει προσθ. (Best.)

80 *ΛΑΒΕΩΝ* Ὅταν τὰ διὰ χειρὸς ἐσπαρμένα ἐπὶ πωλήσεως ἀγροῦ ἐξαιρῶνται, οὐχὶ ὅσα διὰ τὸ διηνεκὲς ἐσπάρησαν θεωροῦνται ὡς ἐξαιρούμενα, ἀλλ' ὅσα διὰ τὰ κατ' ἰδίαν ἔτη συνήθως σπείρονται, οὕτως ὥστε ὁ καρπὸς αὐτῶν νὰ λαμβάνηται· διότι ἐὰν ἄλλως ἑρμηνεύτωμεν τὰ κλήματα καὶ δένδρα ἅπαντα θέλουσι θεωρεῖσθαι ἐξηρημένα. 1 Εἶπον ὅτι δύναται νὰ γείνῃ ἀγόρασις τοῦ ἐξῆς πράγματος «ὅσα ἐκ τῆς οἰκίας μου εἰς τὴν ἰδικήν σου προβάλλουσι νὰ μοὶ ἐπιτρέπηται νὰ ἔχω ταῦτα οὕτω,» καὶ ἐκ τούτου νὰ ἐγερθῇ ἡ ἐκ 2 τῆς ἀγοράσεως ἀγωγή. Δάσους ξυλευσίμου [ἡ χρῆσις] διὰ πενταετίαν ἐπωλήθη· ἠρωτᾶτο, ὅτε ἡ βάλανος κατέπεσεν, εἰς τίνα ἀνήκει. γινώσκω ὅτι ὁ Σέρβιος ἀπήντησεν, ὅτι πρῶτον δέον ν' ἀκολουθήσωμεν ὅ,τι ἤθελε φανῇ ὅτι ἐσκοπεῖτο· ἂν ὅμως ἤθελεν εἶσθαι σκοτεινόν, ὅση βάλανος ἤθελε πέσει ἐκ δένδρων μὴ κεκομμένων, ἀνήκει εἰς τὸν πωλητήν, ἐκείνη δέ, ἥτις ἤθελεν εἶσθαι ἐπὶ τῶν δένδρων, καθ' ὃν χρόνον ταῦτα 3 κόπτονται, εἰς τὸν ἀγοραστήν. Οὐδεὶς δύναται νὰ θεωρηθῇ ὅτι ἐπώλησε τὸ πρᾶγμα, περὶ τῆς κυριότητος τοῦ ὁποίου συμφωνεῖται νὰ μὴ μεταβιβασθῇ εἰς τὸν ἀγοραστήν, ἀλλά τοῦτο εἴτε ἐκμίσθωσις εἶνε, εἴτε ἕτερον εἶδος συμβολαίου.

81 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* Ὅτε ὁ Τίτιος ἔλαβε δάνειον τόσους χρυσοὺς ἐπὶ τόκῳ, ἔδωκεν ὡς ἐνέχυρον ἢ ὑποθήκην κτήματα καὶ ἐγγυητὴν τὸν Λούκιον, εἰς ὃν ὑπεσχέθη ὅτι ἐντὸς τῆς μελλούσης τριετίας θέλει ἀπαλλάξει αὐτόν. ἂν ὅμως δὲν ἤθελε πράξει τοῦτο κατὰ τὴν προρηθεῖσαν προθεσμίαν, ὁ δὲ ἐγγυητὴς καταβάλῃ εἰς τὸν πιστωτὴν τὸ χρέος, ὥρισε νὰ εἶνε ἠγορασμένα ὑπ' αὐτοῦ τὰ κτήματα, ἅτινα εἰς τοὺς πιστωτὰς εἶχεν ὑποχρεώσει. ἐρωτᾶται, ἂν μὴ ἀπηλ-

cius fideiussor a Titio, an, si solverit creditori, empta heberet supra scripta praedia. respondit, si non ut in causam obligationis, sed ut empta habeat, sub condicione emptio facta est et contractam

1 esse obligationem. Lucius Titius promisit de fundo suo centum milia modiorum frumenti annua praestare praediis Gaii Seii : postea Lucius Titius vendidit fundum additis verbis his: «quo jure qua«que condicione ea praedia Lucii «Titii hodie sunt, ita veneunt ita«que habebuntur» : quaero, an emptor Gaio Seio ad praestationem frumenti sit obnoxius. respondit emptorem Gaio Seio secundum ea quae proponerentur obligatum non esse.

λάγη ὑπὸ τοῦ Τιτίου ὁ ἐγγυητὴς Λούκιος, ἆρά γε, ἐὰν κατέβαλεν εἰς τὸν πιστωτήν, θέλει ἔχει ἠγορασμένα τὰ προρρηθέντα κτήματα ; ἀπήντησεν ὅτι, ἐὰν [ἐσκοπεῖτο] ἵνα οὐχὶ ἐν σχέσει ἐνοχῆς, ἀλλ' ἵνα ἠγορασμένα ἔχῃ [τὰ κτήματα], ἡ ἀγόρασις ἐγένετο ὑπὸ αἵρεσιν, καὶ ὑφίσταται [ἐκ τῆς ἀγοράσεως] ἐνο-1 χή. Ὁ Λούκιος Τίτιος ὑπεσχέθη ἐκ τοῦ ἀγροῦ του νὰ παρέχῃ εἰς τὰ κτήματα τοῦ Γαΐου Σείου ἑκατὸν χιλιάδας μοδίων σίτου κατ' ἔτος. εἶτα ὁ Λούκιος Τίτιος ἐπώλησε τὸν ἀγρὸν προσθεὶς τὰς ἑξῆς λέξεις· «καθ' ὃ δίκαιον καὶ καθ' ἣν κατάστασιν τὰ κτήματα ταῦτα εἶνε σήμερον τοῦ Λουκίου Τιτίου, οὕτω θέλουσι πωληθῆ, καὶ οὕτω θέλουσιν ἀποκτηθῆ.» ἐρωτᾶται ἂν ὁ ἀγοραστὴς ἐνέχεται ἀπέναντι τοῦ Γαΐου Σείου εἰς τὴν παροχὴν τοῦ σίτου. ἀπήντησεν ὅτι ὁ ἀγοραστὴς ὡς τὰ πράγματα ἐξετέθησαν, δὲν ἐνέχεται ἀπέναντι τοῦ Γαΐου Σείου.

## II [1].

## 2.

### De in diem addictione.

### Περὶ τῆς ὑπὸ ἡμέραν κατακυρώσεως.

1 *PAULUS* In diem addictio ita fit : «ille fundus centum esto tibi «emptus, nisi si quis intra kalen«das Ianuarias proximas meliorem «condicionem fecerit, quo res a «domino abeat.»

1 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἡ ὑπὸ ἡμέραν κατακύρωσις γίνεται ὡς ἑξῆς· «ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος ἀντὶ ἑκατὸν ἔστω σοι ἠγορασμένος, ἐκτὸς ἐάν τις ἐντὸς τῶν καλανδῶν τοῦ προσεχοῦς Ἰανουαρίου ποιήσῃ καλλιτέραν προσφοράν, ὅτε τὸ πρᾶγμα θέλει ἀφαιρεῖσθαι ἀπὸ τοῦ κυρίου.»

(1) Βασ. (ΙΘ' Β')

2 *ULPIANUS* Quotiens fundus in diem addicitur, utrum pura emptio est, sed sub condicione resolvitur, an vero condicionalis sit magis emptio, quaestionis est. et mihi videtur verius interesse, quid actum sit : nam si quidem hoc actum est, ut meliore allata condicione discedatur, erit pura emptio, quae sub condicione resolvi-

2 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὁσάκις ἀγρὸς ὑπὸ ἡμέραν κατακυροῦται, εἶνε ζήτημα ἂν ἁπλῆ ἀγόρασις ὑπάρχῃ, ἀλλ' ὑπὸ αἵρεσιν διαλύεται, ἢ τοὐναντίον αἱρετικὴ μᾶλλον ἀγόρασις εἶνε. εἰς ἐμὲ λοιπὸν φαίνεται μᾶλλον ὀρθὸν ὅτι ἐνδιαφέρει [νὰ γινώσκωμεν] τί ἐσκοπεῖτο· διότι ἂν μὲν ἐσκοπεῖτο τοῦτο, ὥστε γινομένης καλλιτέρας προσφορᾶς, νὰ γίνηται ἀποχώρησις, θέλει εἶσθαι ἁπλῆ ἀγόρασις,

tur: sin autem hoc actum est, ut perficiatur emptio, nisi melior condicio offeratur, erit emptio con-

1 dicionalis. Ubi igitur secundum quod distinximus pura venditio est, Julianus scribit hunc, cui res in diem addicta est, et usucapere posse et fructus et accessiones lucrari et periculum ad cum pertinere, si res interierit,

3 *PAULUS* quoniam post interitum rei iam nec adferri possit melior condicio.

4 *ULPIANUS* Ubi autem condicionalis venditio est, negat Pomponius usucapere eum posse nec

1 fructus ad eum pertinere. Idem Julianus libro quinto decimo quaerit, si res in diem addicta interciderit vel ancilla decesserit, an partus vel fructus ejus nomine adiectio admitti possit. et negat admittendam adiectionem, quia alterius rei quam ejus quae distracta est non solet adiectio admitti. 2 Idem Julianus eodem libro scribit, si ex duobus servis viginti venditis et in diem addictis alter decesserit, deinde unius nomine qui superest emptor extiterit, qui supra viginti promitteret, an discedatur a priore contractu? et ait dissimilem esse hanc speciem partus specie et ideo hic discedi a priore emptione et ad secundam

3 berveniri. Sed et Marcellus libro quinto digestorum scribit pure vendito et in diem addicto fundo

ῆτις ὑπὸ αἵρεσιν διαλύεται· ἂν ὅμως ἐσκοπεῖτο τοῦτο, τὸ νὰ καταρτισθῇ ἡ ἀγόρασις, ἐὰν μὴ καλλιτέρα προσφορὰ γείνῃ, θέλει εἶσθαι ἀγόρασις αἱρετική. 1 Ἔνθα λοιπόν, καθ' ἣν ἐποιήσαμεν διάκρισιν, ἁπλῆ πώλησις ὑπάρχει, ὁ Ἰουλιανὸς γράφει ὅτι ἐκεῖνος, εἰς ὃν τὸ πρᾶγμα ὑπὸ ἡμέραν κατεκυρώθη, δύναται καὶ νὰ χρησικτήσηται καὶ τοὺς καρποὺς καὶ τὰ προσαυξήματα νὰ ὠφελῆται καὶ ὁ κίνδυνος εἰς αὐτὸν ν' ἀποβλέπῃ, ἐὰν τὸ πρᾶγμα ἀπωλέσθη,

3 *ΠΑΥΛΟΣ* καθόσον μετὰ τὴν ἀπώλειαν τοῦ πράγματος μηδὲ νὰ γείνῃ δύναται καλλιτέρα προσφορά.

4 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἔνθα ὅμως αἱρετικὴ πώλησις ὑπάρχει, ἀρνεῖται ὁ Πομπώνιος ὅτι δύναται ἐκεῖνος νὰ χρησικτήσηται, οὐδ' οἱ καρποὶ εἰς αὐτὸν ἀνήκουσιν. 1 Ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς ἐν βιβλ. ιε' ἐξετάζει, ἐὰν πρᾶγμα ὑπὸ ἡμέραν κατακυρωθὲν κατεστράφη, ἢ δούλη ἀπέθανεν, ἆρά γε λόγῳ τοῦ τοκετοῦ ἢ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ δύναται νὰ ἐπιτραπῇ ὑπερθεματισμός; ἀρνεῖται λοιπὸν ὅτι δέον νὰ ἐπιτραπῇ ὑπερθεματισμός, διότι ἄλλου πργματος παρ' ἐκείνου ὅπερ ἐπωλήθη, δὲν συνειθίζεται νὰ ἐπιτρέπηται 2 ὑπερθεματισμός. Ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς ἐν τῷ ἰδίῳ βιβλίῳ γράφει, ἐὰν ἐκ δύω δούλων ἀντὶ εἴκοσι πωληθέντων καὶ ὑπὸ ἡμέραν κατακυρωθέντων ὁ εἷς ἀπέθανεν, εἶτα δὲ λόγῳ τοῦ ἑνὸς ὅστις ἐπιζῇ, ἐνεφανίσθη ἀγοραστής, ὅστις ὑπὲρ τὰ εἴκοσιν ὑπισχνεῖται, ἆρά γε γίνεται ἀποχώρησις ἀπὸ τοῦ προτέρου συμβολαίου; λέγει λοιπὸν ὅτι ἡ περίπτωσις αὕτη εἶνε ἀνομοία τῆς περιπτώσεως τοῦ τοκετοῦ καὶ διὰ τοῦτο ἐνταῦθα γίνεται ἀποχώρησις ἀπὸ τῆς προηγουμένης ἀγοράσεως καὶ εἰς τὴν δευτέραν 3 μεταβασις. Ἀλλὰ καὶ ὁ Μάρκελλος ἐν βιβλ. ε' τῶν πανδεκτῶν γράφει ὅτι, ὅταν ἀγρὸς ἁπλῶς ἐπωλήθη καὶ ὑπὸ

si melior condicio allata sit, rem pignori esse desinere, si emptor eum fundum pignori dedisset : ex quo colligitur, quod emptor medio tempore dominus est : alioquin

4 nec pignus teneret. Idem Julianus libro octagensimo octavo digestorum scripsit eum, qui emit fundum in diem, interdicto quod vi aut clam uti posse : nam hoc interdictum ei competit, cujus interest opus non esse factum. fundo autem, inquit, in diem addicto et commodum et incommodum omne ad emptorem pertinet, antequam venditio transferatur, et ideo, si quid tunc vi aut clam factum est, quamvis mélior condicio allata fuerit, ipse utile interdictum habebit : sed eam actionem sicut fructus, inquit, quos percepit ven-

5 diti judicio praestaturum. Cum igitur tunc recedatur ab emptione (ubi pure contrahitur) vel tunc non impleatur (ubi sub condicione fit) cum melior condicio sit allata: si falsus emptor subiectus sit, eleganter scribit Sabinus priori rem esse emptam, quia non videtur melior condicio allata esse non existente vero emptore. sed et si existat alius emptor, meliorem tamen condicionem non adferat, aeque dicendum erit perinde

6 haberi, ac si non existeret. Melior autem condicio adferri videtur, si pretio sit additum. sed et si nihil pretio addatur, solutio tamen offeratur facilior pretii vel maturior, melior condicio adferri

ἡμέραν κατεκυρώθη, ἐὰν καλλιτέρα προσφορὰ ἐγένετο, τὸ πρᾶγμα παύει νὰ εἶνε ἐνέχυρον, ἐὰν ὁ ἀγοραστὴς εἶχε δώσει τὸν ἀγρὸν ὡς ἐνέχυρον· ἐκ τούτου συνάγεται, ὅτι ὁ ἀγοραστὴς ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ εἶνε κύριος· ἄλλως οὐδὲ τὸ 4 ἐνέχυρον θὰ ἴσχυεν. Ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς ἐν βιβλ. πη' τῶν πανδεκτῶν ἔγραψεν ὅτι ἐκεῖνος, ὅστις ἠγόρασεν ἀγρὸν ὑπὸ ἡμέραν, δύναται νὰ ποιήσῃ χρῆσιν τοῦ παραγγέλματος ὅ,τι *βίᾳ ἢ λάθρᾳ*· διότι τὸ παράγγελμα τοῦτο ἁρμόζει εἰς ἐκεῖνον, ὃν ἐνδιαφέρει νὰ μὴ εἶχε γείνει τὸ ἔργον. ὅταν ὅμως, λέγει, ἀγρὸς ὑπὸ ἡμέραν κατακυρωθῇ, καὶ ἡ ὠφέλεια καὶ ἡ ζημία ἅπασα εἰς τὸν ἀγοραστὴν ἀποβλέπει, πρὶν ἢ ἡ πώλησις μετενεχθῇ, καὶ διὰ τοῦτο, ἐάν τι τότε *βίᾳ ἢ λάθρᾳ* ἐγένετο, καίτοι καλλιτέρα προσφορὰ ἐνεφανίσθη, αὐτὸς θέλει ἔχει μετ' ἐπιτυχίας τὸ παράγγελμα. ἀλλὰ ταύτην τὴν ἀγωγὴν ὡς τοὺς καρποὺς, οὓς συνέλεξε, θέλει, λέγει, ἐκχωρήσει διὰ 5 τῆς ἐκ τῆς πωλήσεως ἀγωγῆς. Ἀφοῦ λοιπὸν τότε γίνεται ἀποχώρησις ἀπὸ τῆς ἀγοράσεως (ἔνθα ἁπλῶς συνάπτεται) ἢ τότε δὲν ἐκτελεῖται (ἔνθα ὑπὸ αἵρεσιν γίνεται), ὅταν *καλλιτέρα* προσφορὰ ὑπάρχῃ,— ἐὰν ψευδὴς ἀγοραστὴς ὑπεβλήθη, ἐπιτυχῶς γράφει ὁ Σαβῖνος ὅτι ὑπὲρ τοῦ προτέρου [ἀγοραστοῦ] τὸ πρᾶγμα εἶνε ἠγορασμένον, καθόσον δὲν θεωρεῖται ὅτι καλλιτέρα προσφορὰ ἐγένετο, ὅταν δὲν ὑπάρχῃ ἀληθὴς ἀγοραστής. ἀλλὰ καὶ ἂν ὑπάρχῃ τις ἀγοραστής, ὅμως καλλιτέραν προσφορὰν δὲν ποιεῖ, ὡσαύτως δέον νὰ λεχθῇ ὅτι οὕτως θεωρεῖται, ὡς εἰ μὴ ὑπῆρχε. 6 Καλλιτέρα δὲ προσφορὰ θεωρεῖται ὑπάρχουσα, ἐὰν εἰς τὸ τίμημα γίνηται προσθήκη. ἀλλὰ καὶ ἂν μηδὲν εἰς τὸ τίμημα προστίθηται, ὅμως προσφέρηται εὐκολωτέρα ἡ καταβολὴ τοῦ τιμήματος ἢ ἐνωριτέρα, θεωρεῖται ὅτι καλλιτέ-

videtur. praeterea si locus opportunior solvendo pretio dicatur, aeque melior condicio allata videtur: et ita Pomponius libro nono ex Sabino scribit. idem ait, et si persona idoneor accedat ad emptionem, aeque videri meliorem condicionem allatam. poinde si quis accedat ejusdem pretii emptor, sed qui levioribus emat condicionibus vel qui satisdationem nullam exigat, melior condicio allata videbitur. ergo idem erit probandum et si viliore pretio emere sit paratus, ea tamen remittat, quae venditori gravia erant in priore emptione.

ρα προσφορὰ γίνεται. ἐκτὸς τούτων ἐὰν τόπος καταλληλότερος πρὸς καταβολὴν τοῦ τιμήματος προτείνηται, ὡσαύτως καλλιτέρα προσφορὰ θεωρεῖται ὅτι γίνεται. οὕτω λοιπὸν ὁ Πομπώνιος ἐν βιβλ. θ' ἐκ τοῦ Σαβίνου γράφει. ὁ αὐτὸς λέγει ὅτι, καὶ ἂν πρόσωπον μᾶλλον φερέγγυον προσέρχηται εἰς ἀγόρασιν, ὁμοίως θεωρεῖται ὅτι καλλιτέρα προσφορὰ γίνεται· ὅθεν ἐάν τις προσέρχηται ἀγοραστὴς ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ τιμήματος, ἀλλ' ὅστις ἤθελεν ἀγοράσει ἐπὶ ἐλαφροτέροις ὅροις ἢ ὅστις ἱκανοδοσίαν οὐδόλως ἀπαιτεῖ, καλλιτέρα προσφορὰ θεωρεῖται γενομένη. λοιπὸν τὸ αὐτὸ θέλει γείνει δεκτόν, καὶ ἂν ἀντὶ εὐτελεστέρου μὲν τιμήματος εἶνε πρόθυμος ν' ἀγοράσῃ, ὅμως παραιτεῖται ἐκείνων, ἅτινα ἐπὶ τῆς προηγουμένης ἀγοράσεως ἦσαν βαρέα διὰ τὸν πωλητήν.

5 *POMPONIUS* Quidquid enim ad utilitatem venditoris pertinet, pro meliore condicione haberi debet.

5 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Διότι ὁτιδήποτε πρὸς ὠφέλειαν τοῦ πωλητοῦ ἀποβλέπει, δέον ὡς καλλιτέρα προσφορὰ νὰ θεωρῆται.

6 *ULPIANUS* Item quod dictum est fructus interea captos emptorem priorem sequi, totiens verum est, quotiens nullus emptor existit, qui meliorem condicionem adferat, vel falsus existit: sin vero exstitit emptor posterior, fructus refundere priorem debere constat, sed venditori. et ita Julianus libro quadragensimo octavo digestorum

6 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὡσαύτως τὸ λεχθὲν ὅτι οἱ ἐν τῷ μεταξὺ συλλεχθέντες καρποὶ ἀκολουθοῦσι τὸν προηγούμενον ἀγοραστήν, τότε εἶνε ὀρθόν, ὅταν μηδεὶς ἀγοραστὴς ὑπάρχῃ, ὅστις καλλιτέραν προσφορὰν νὰ ποιῇ, ἢ ψευδὴς ὑπάρχῃ· ἂν ὅμως ἐμφανισθῇ ἀγοραστὴς μεταγενέστερος, γνωστὸν ὅτι ὁ πρῶτος ὀφείλει μὲν νὰ ἀποδώσῃ τοὺς καρπούς, ἀλλ' εἰς τὸν πωλητήν. οὕτω δὲ καὶ ὁ Ἰουλιανὸς ἐν βιβλ. πη' τῶν πανδεκτῶν *1* ἔγραψεν. Ἐάν τις ἐνεφανίσθη, ὅστις καλλιτέραν προσφορὰν ποιεῖ, εἶτα δ' ὁ πρῶτος ἀγοραστὴς ἐναντίον αὐτοῦ ἐπλειοδότησε, καὶ παρ' αὐτῷ ἡ ἀγόρασις ἔμεινε, δύναται νὰ ὑπάρξῃ ἀμφιβολία, ἂν τοὺς καρποὺς αὐτὸς θέλει ἔχει, ὡσεὶ οὐδόλως ἐγένετο καλλιτέρα προσφορά, ἢ τοὐναντίον εἶνε τοῦ πωλητοῦ, καίτοι τὸ πρόσωπον, ὅπερ τὴν καλλιτέ-

*1* scripsit. Si quis extiterit, qui meliorem condicionem adferat, deinde prior emptor adversus eum licitatus sit et penes eum emptio remanserit, dubitari poterit, utrum fructus ipse habeat, quasi nulla meliore condicione allata, an vero venditoris sint, licet eadem sit persona, quae meliorem

condicionem attulit. quod ratio facere videtur: intererit tamen quid acti sit: et ita Pomponius scribit.

7 *PAULUS* Licet autem venditori meliore allata condicione addicere posteriori, nisi prior paratus sit plus addicere.

8 *IDEM* Necesse autem habebit venditor meliore condicione allata priorem emptorem certiorem facece, ut, si quid alius adicit, ipse quoque adicere possit.

9 *ULPIANUS* Sabinus scribit licere venditori meliorem condicionem oblatam abicere sequique primam quasi meliorem, et ita utimur. quid tamen, si hoc erat nominatim actum, ut liceret resilire emptori meliore condicione allata? dicendum erit dissolutam priorem emptionem, etiamsi venditor sequentem non admittat.

10 *JULIANUS* Sed si proponatur a creditore pignus in diem addictum, non potest videri bona fide negotium agi, nisi adiectio recipiatur. quid ergo est, si inops emptor et impediendae tantummodo venditionis causa intervenit? potlst creditor sine periculo priori emptori addicere.

11 *ULPIANUS* Quod autem Sabinus scribit fundum in diem addici non posse rursus, qui semel fuerat in diem addictus, ratione

ραν προσφορὰν ἐποίησεν, εἶνε τὸ αὐτὸ [μὲ τὸν πρῶτον ἀγοραστήν]· τοῦτο δὲ φαίνεται μᾶλλον εὔλογον· ὅμως θέλει ἐνδιαφέρει [νὰ γινώσκωμεν] τί ἐσκοπεῖτο· οὕτω δὲ καὶ ὁ Πομπώνιος γράφει.

7 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐπιτρέπεται ὅμως εἰς τὸν πωλητὴν ἐὰν ἐγένετο προσφορὰ καλλιτέρα, νὰ κατακυρώσῃ εἰς τὸν μεταγενέστερον [ἀγοραστήν], ἐὰν μὴ ὁ πρῶτος εἶνε πρόθυμος νὰ προσφέρῃ περισσότερον [δηλ. ὅσον καὶ ὁ μεταγενέστερος].

8 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ὅμως ὁ ἀγοραστὴς ὀφείλει γενομένης καλλιτέρας προσφορᾶς νὰ γνωστοποιήσῃ εἰς τὸν πρῶτον ἀγοραστήν, ὥστε, ἐὰν κατά τι ὁ ἕτερος πλειοδοτῇ, καὶ οὗτος νὰ δύναται νὰ πλειοδοτήσῃ.

9 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὁ Σαβῖνος γράφει ὅτι ἐπιτρέπεται εἰς τὸν πωλητὴν τὴν γενομένην καλλιτέραν προσφορὰν ν' ἀπορρίψῃ, ν' ἀκολουθήσῃ δὲ τὴν πρώτην ὡς καλλιτέραν· οὕτω δὲ εἶνε καὶ ἐν χρήσει. τί ὅμως ἐὰν τοῦτο ρητῶς συνεφωνήθη, τὸ νὰ ἐπιτρέπηται εἰς τὸν ἀγοραστὴν ν' ἀποχωρῇ ἐὰν γείνῃ καλλιτέρα προσφορά; δέον νὰ λεχθῇ ὅτι διαλύεται ἡ προηγουμένη ἀγόρασις, καὶ ἂν ὁ πωλητὴς δὲν ἀποδέχηται τὴν μεταγενεστέραν.

10 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ἀλλ' ἐὰν ὑποτεθῇ, ὅτι ὑπὸ πιστωτοῦ ἐνέχυρον ὑπὸ ἡμέραν κατεκυρώθη, δὲν δύναται νὰ θεωρηθῇ ὅτι καλῇ τῇ πίστει ἡ ὑπόθεσις διεξάγεται, ἐὰν μὴ ἡ πλειοδοσία γίνηται δεκτή. τί ὅμως θὰ συμβῇ, ἐὰν ἐνδεὴς ἀγοραστὴς καὶ πρὸς παρεμπόδισιν μόνον τῆς πωλήσεως ἐνεφανίσθη; δύναται ὁ πιστωτὴς ἀκινδύνως εἰς τὸν προηγούμενον ἀγοραστὴν νὰ κατακυρώσῃ.

11 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὅπερ δ' ὁ Σαβῖνος γράφει, ὅτι ἀγρός, ὅστις ἅπαξ ὑπὸ ἡμέραν κατεκυρώθη, δὲν δύναται πάλιν ὑπὸ ἡμέραν νὰ κατακυρωθῇ, διὰ τοι-

ejusmodi defendit, quia prioris, inquit, emptoris statim fit, scilicet quasi non videatur melior condicio allata, si non secure secundo emptori fundus addicitur, sed alia licitatio prospicitur. sed Julianus libro quinto decimo digestorum scripsit interesse multum, quid inter contrahentes actum sit, nec impedire quicquam vel hoc agi, ut saepius fundus collocetur, dum vel prima vel secunda vel tertia adiectione res a venditore discedat. Item quod Sabinus ait, si tribus vendentibus duo posteriori addixerint, unus non admiserit adiectionem, hujus partem priori, duorum posteriori emptam, ita demum verum est, si variis pretiis partes suas distraxerunt,

αὐτης αἰτιολογίας ὑπερασπίζει, διότι, λέγει, ἀμέσως γίνεται τοῦ προηγουμένου ἀγοραστοῦ, ὡσεὶ δηλ. μὴ ἐθεωρεῖτο ὅτι καλλιτέρα προσφορὰ ἐγένετο, ἐὰν μὴ ὁριστικῶς εἰς τὸν δεύτερον ἀγοραστὴν ὁ ἀγρὸς κατακυρῶται, ἀλλ' ἑτέρα ὑπερθεμάτισις προσδοκᾶται. ἀλλ' ὁ Ἰουλιανὸς ἐν βιβλ. ιε' τῶν πανδεκτῶν ἔγραψεν ὅτι ἐνδιαφέρει μεγάλως, τί μεταξὺ τῶν συμβαλλομένων ἐσκοπεῖτο, οὐδ' ἐμποδίζει τι καὶ τοῦτο νὰ λάβῃ χώραν, ὥστε πολλάκις ὁ ἀγρὸς νὰ πλειστηριάζηται, ἀρκεῖ εἴτε διὰ τοῦ πρώτου εἴτε τοῦ δευτέρου εἴτε τοῦ τρίτου ὑπερθεματισμοῦ τὸ πρᾶγμα ν' ἀποχωρίζηται τοῦ πωλητοῦ. Ὡσαύτως ὅπερ ὁ Σαβῖνος λέγει, ἐὰν δηλ· ἐκ τριῶν πωλούντων οἱ μὲν δύω εἰς τὸν μεταγενέστερον [ἀγοραστὴν] κατεκύρωσαν, ὁ δ' ἕτερος μὴ ἐδέχθη τὸν ὑπερθεματισμόν, ἡ μερὶς τούτου ὑπὸ τοῦ πρώτου, ἡ δὲ [μερὶς] τῶν δύω ὑπὸ τοῦ μεταγενεστέρου ἠγοράσθη, — τότε μόνον εἶνε ὀρθόν, ἐὰν ἀντὶ διαφόρων τιμημάτων τὰς μερίδας αὐτῶν ἐπώλησαν,

12 *POMPONIUS* etsi dispares partes vendentium fuerint.

12 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* καίτοι ἀνόμοια ἦσαν τὰ μερίδια τῶν πωλούντων.

13 *ULPIANUS* Quod si uno pretio vendiderint, dicendum est totam prioriemptan manere,quemadmodum si quis mihi totum fundum ad diem addixisset, postea vero pretio adiecto dimidium alii addixerit. Celsus quoque libro octavo digestorum refert Mucium Brutum Labeonem quod Sabinum existimare: ipse quoque Celsus idem probat et adicit mirari se a nemine animadversum, quod si prior emptor ita contraxit, ut nisi totum, fundum emptum nollet habere, non habere eum eam partem emptam, quam unus ex sociis posteriori emptori addicere noluit.

13 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἂν ὅμως ἀντὶ ἑνὸς τιμήματος ἐπώλησαν, δέον νὰ λεχθῇ ὅτι ὁλόκληρον [τὸ πρᾶγμα] μένει παρὰ τῷ πρώτῳ ἠγορασμένον, καθὼς ἐάν τις ὁλόκληρον ἀγρὸν εἰς ἐμὲ ὑπὸ ἡμέραν κατεκύρωσεν, εἶτα ὅμως γενομένου ὑπερθεματισμοῦ τὸ ἥμισυ εἰς ἕτερον κατεκύρωσεν. ὁ Κέλσος ὡσαύτως ἐν βιβλίῳ η' τῶν πανδεκτῶν ἀναφέρει ὅτι ὁ Μούκιος, Βροῦτος [καὶ] Λαβέων ἐφρόνουν ὡς ὁ Σαβῖνος· ὡσαύτως αὐτὸς ὁ Κέλσος τὸ αὐτὸ ἐπιδοκιμάζει, καὶ προσθέτει ὅτι θαυμάζει, ὅτι ὑπ' οὐδενὸς παρετηρήθη, ὅτι ἐὰν ὁ πρῶτος ἀγοραστὴς συνεφώνησεν οὕτως, ὥστε μόνον ὁλόκληρον τὸν ἀγρὸν νὰ θέλῃ ν' ἀγοράσῃ, δὲν ἔχει οὗτος ἠγορασμένον τὸ μέρος,

1 Verum est autem vel unum ex venditoribus posse meliorem adferre condicionem: emere enim cum tota re etiam nostram partem possumns.

14 *PAULUS* Si venditor simulaverit meliorem allatam condicionem, cum minoris vel etiam tantidem alii venderet, utrique emp-

1 tori in solidum erit obligatus. Sed si emptor alium non idoneum subiecit eique fundus addictus est, non video, inquit, quemadmodum priori sit emptus, cum alia venditio et vera postea subsecuta sit. sed verum est venditorem deceptum ex vendito actionem habere cum priore emptore, quanti sua intersit id non esse factum, per quam actionem et fructus, quos prior emptor perceperit et quo deterior res culpa vel dolo malo ejus facta sit, recipiet venditor. et

2 ita Labeoni et Nervae placet. Sed si neuter subiecit emptorem, majore auten pretio addictum est praedium ei qui solvendo non est, abitum est a priore emptione, quia ea melior intellegitur quam venditor comprobavit, cui licuit non

3 addicere. Sed et si pupillus postea sine tutoris auctoritate pluris emerit, consentiente venditore abibitur a priore emptione. idem et de servo alieno: aliter atque si servo suo vel filio, quem in potestate habet, vel domino rei per errorem id addixerit, quia non est

ὅπερ εἰς ἐκ τῶν ἑταίρων δὲν ἠθέλησε νὰ κατακυρώσῃ εἰς τὸν μεταγενέστερον
1 ἀγοραστήν. Ἀληθὲς εἶνε ὅμως ὅτι καὶ εἰς ἐκ τῶν πωλητῶν δύναται νὰ ποιήσῃ καλλιτέραν προσφοράν. διότι μετὰ τοῦ ὅλου πράγματος καὶ τὴν ἡμετέραν μερίδα δυνάμεθα ν' ἀγοράσωμεν.

14 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν πωλητὴς προσεποιήθῃ ὅτι ἐγένετο καλλιτέρα προσφορά, ἐνῶ ἀντὶ ὀλιγωτέρου ἢ καὶ ἴσου [ποσοῦ] εἰς ἕτερον πωλεῖ, ἀπέναντι ἑκατέρου ἀγοραστοῦ θέλει εἶσθαι εἰς ὁλό-
1 κληρον ἐνεχόμενος. Ἀλλ' ἐὰν ὁ ἀγοραστὴς ἕτερον οὐχὶ ἀξιόχρεων ὑπέβαλε, καὶ εἰς τοῦτον ὁ ἀγρὸς κατεκυρώθη, δὲν βλέπω, λέγει, κατὰ τίνα τρόπον ὑπὸ τοῦ πρώτου ἠγοράσθη, ἀφοῦ ἑτέρα καὶ ἀληθὴς πώλησις κατόπιν ἐπηκολούθησεν. ὅμως ἀληθὲς εἶνε ὅτι ὁ ἀπατηθεὶς πωλητὴς ἔχει τὴν ἐκ τῆς ἀγοράσεως ἀγωγὴν κατὰ τοῦ πρώτου ἀγοραστοῦ, δι' ὅσον ἐνδιαφέρει ἐκεῖνον νὰ μὴ ἐγίνετο τοῦτο, δι' ἧς ἀγωγῆς καὶ τοὺς καρποὺς, οὓς ὁ πρῶτος ἀγοραστὴς συνέλεξε, καὶ [ἐκεῖνο] καθ' ὃ τὸ πρᾶγμα ἐκ πταίσματος ἢ δόλου πονηροῦ αὐτοῦ χειρότερον ἐγένετο, δύναται ν' ἀπαιτήσῃ ὁ πωλητής· οὕτω δὲ ὅ τε Λαβέων
2 καὶ ὁ Νέρβας φρονεῖ. Ἀλλ' ἐὰν μηδέτερος ὑπέβαλεν ἀγοραστήν, ἀντὶ μεγαλειτέρου ὅμως τιμήματος κατεκυρώθη τὸ κτῆμα εἴς τινα μὴ ἀξιόχρεων, ἐγένετο ἀποχώρησις ἀπὸ τῆς πρώτης ἀγοράσεως, καθόσον ἐκείνη καλλιτέρα [προσφορὰ] θεωρεῖται, ἣν ἐπεδοκίμασεν ὁ πωλητής, ὅστις ἠδύνατο νὰ μὴ κα-
3 τακυρώσῃ. Ἀλλὰ καὶ ἂν ἄνηβος κατόπιν ἄνευ αὐθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου ἀντὶ περισσοτέρου ἠγόρασε, συναινοῦντος τοῦ πωλητοῦ θέλει γείνει ἀποχώρησις ἀπὸ τῆς προηγουμένης ἀγοράσεως· τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ δούλου ἀλλοτρίου· ἄλλως ὅμως ἐὰν εἰς δοῦλον ἑαυτοῦ ἢ εἰς υἱόν, ὃν ἔχει ὑπεξούσιον, ἢ εἰς τὸν κύ-

emptio his casibus. quod si alieno servo, quem putaverit liberum esse, addixerit, contra se habebit et

4 erit hic similis egenti. Emptorem, qui meliorem condicionem attulerit, praeter corpus nihil se-
5 quitur quod venierit. Non tamen ideo, si tantundem pretium alius det, hoc ipso, quod fructus eum non sequantur, qui secuturi essent priorem emptorem, melior condicio videtur allata, quia non id agitur inter emptorem et venditorem.

15 *POMPONIUS* Si praedio in diem addicto ante diem venditor mortuus sit, sive post diem heres ei exsistat sive omnino non exsistat, priori praedium emptum est, quia melior condicio allata, quae domino placeat, intellegi non potest, cum is qui vendat non exsistat : quod si intra diem adiectionis heres existat, melior condicio
1 ei adferri potest. Si fundus in diem addictus fuerit[1] pluris, ut quaedam ei accedant, quae non accesserint priori emptori, si non minoris sint hae res, quam quo pluris postea fundus venierit, prior venditio valet, quasi melior condicio allata non sit : si minoris sint[2]. idemque aestimandum est, si dies longior pretii solvendi data fuerit, ut quaeratur, quantum ex usurâ ejus temporis capi potuerit.

ριον τοῦ πράγματος ἐκ πλάνης κατεκύρωσεν αὐτό, καθόσον δὲν ὑπάρχει ἀγόρασις κατὰ τὰς περιπτώσεις ταύτας· ὅμως ἐὰν εἰς δοῦλον ἀλλότριον, ὃν ἐνόμισεν ὅτι εἶνε ἐλεύθερος, κατεκύρωσεν, ἐναντίον ἑαυτοῦ θέλει αἰτιᾶσθαι, καὶ ἐκεῖνος θέλει εἶσθαι ὅμοιος πρὸς πένητα.
4 Τὸν ἀγοραστήν, ὅστις καλλιτέραν προσφορὰν ἐποίησεν, ἐκτὸς τοῦ πράγματος, ὅπερ ἐπωλήθη, οὐδὲν παρακο-
5 λουθεῖ. Ἐὰν ὅμως ἕτερος ἴσον τίμημα δώσῃ, ἐκ τούτου ὅτι δὲν παρακολουθοῦσι τοῦτον οἱ καρποί, οἵτινες θὰ ἠκολούθουν τὸν πρῶτον ἀγοραστήν, δὲν θεωρεῖται ὅτι καλλιτέρα προσφορὰ ἐγένετο, καθόσον τοῦτο δὲν ἦτο τὸ σκοπούμενον μεταξὺ ἀγοραστοῦ καὶ πωλητοῦ.

15 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν κατακυρωθέντος ὑπὸ ἡμέραν κτήματος ὁ πωλητὴς πρὸ τῆς ἡμέρας ἀπέθανεν, εἴτε μετὰ τὴν ἡμέραν ἀνεδείχθη κληρονόμος αὐτοῦ, εἴτε οὐδόλως ἀνεδείχθη, ὑπὸ τοῦ πρώτου τὸ κτῆμα εἶνε ἠγορασμένον, καθόσον καλλιτέρα προσφορά, ἥτις εἰς τὸν κύριον ἤρεσε, δὲν δύναται νὰ νοηθῇ, ἀφοῦ ὁ πωλῶν δὲν ὑπάρχῃ. ἂν ὅμως πρὸ τῆς ἡμέρας τοῦ ὑπερθεματισμοῦ ἀνεδείχθη κληρονόμος, καλλιτέρα προσ-
1 φορὰ δύναται νὰ γείνῃ αὐτῷ. Ἐὰν ἀγρὸς ὑπὸ ἡμέραν κατακυρωθεὶς ἐπωλήθη ἀντὶ περισσοτέρου, [ἀλλ οὕτως] ὥστε νὰ προστεθῶσιν αὐτῷ τινά, ἅτινα δὲν προσετίθεντο ὑπὲρ τοῦ προτέρου ἀγοραστοῦ, ἐὰν μὴ τὰ πράγματα ταῦτα εἶνε ὀλιγωτέρας ἀξίας παρ' [ἐκεῖνο] καθ' ὃ ὁ ἀγρὸς κατόπιν περισσότερον ἐπωλήθη, ἡ πρώτη πώλησις ἰσχύει, ὡσεὶ καλλιτέρα προσφορὰ μὴ ἐγένετο· ἂν δ' εἶνε ὀλιγωτέρας, δὲν θέλει εἶσθαι ἰσχυρά. τὸ αὐτὸ δὲ πρέπει νὰ ἐκτιμηθῇ, ἐὰν προθεσμία μακροτέρα πρὸς καταβολὴν τοῦ τιμήματος ἐδόθη, ὥστε νὰ ἐξετάζηται, πόσον ἐκ τόκου τοῦ χρόνου ἐκείνου θὰ ἠδύνατο λὰ ληφθῇ.

(1) nevierit (Mo.)—(2) non valet προσθ. (Mo.)

16 *ULPIANUS* Imperator Severus rescripsit: «Sicut fructus in «diem addictae domus, cum me«lior condicio fuerit allata, vendi«tori restitui necesse est, ita rur«sus quae prior emptor medio «tempore necessario probaverit «erogata, de reditu retineri vel, si «non sufficiat, solvi aequum est». et credo sensisse principem de empti venditi actione.

16 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὁ αὐτοκράτωρ Σεβῆρος ἀντεπέστειλεν «ὡς ὁ καρπὸς οἰκίας ὑπὸ ἡμέραν κατακυρωθείσης, ἐὰν καλλιτέρα προσφορὰ ἤθελε γείνει, ἀνάγκη ν' ἀποδίδηται εἰς τὸν πωλητήν, οὕτως ἀντιθέτως ὅσα ὁ πρῶτος ἀγοραστὴς ἤθελεν ἀποδείξει ὅτι ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ κατ' ἀνάγκην ἐδαπανήθησαν, εἶνε ἴσον νὰ παρακρατῶνται ἐκ τοῦ εἰσοδήματος, ἢ ἐὰν μὴ ἀρκῇ, νὰ καταβάλλωνται [ὑπὸ τοῦ πωλητοῦ].» πιστεύω δὲ ὅτι ὁ αὐτοκράτωρ ἐνόει διὰ τῆς ἐκ τῆς ἀγοραπωλησίας ἀγωγῆς.

17 *JULIANUS* Cum duo servi duobus separatim denis in diem addicti sint et exstiterit qui pro utroque triginta det, refert, unius pretio decem an singulorum quina adiciat: secundum superiorem adiectionem is servus inemptus erit, cujus prétio adiectio facta fuerit, secundum posteriorem adiectionem uterque ad posteriorem emptorem pertinebit: quod si incertum sit, ad utrius pretium addiderit, a priore emptione non videtur esse discessum.

17 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ἐὰν δύω δοῦλοι εἰς δύω χωριστὰ ἀντὶ δέκα ἕκαστος ὑπὸ ἡμέραν κατεκυρώθησαν, ἐνεφανίσθη δέ τις δίδων τριάκοντα δι' ἀμφοτέρους, διαφέρει ἂν εἰς τὸ τίμημα τοῦ ἑνὸς κατὰ δέκα ἢ [εἰς τὸ τίμημα] ἑνὸς ἑκάστου κατὰ πέντε ὑπερθεματίζῃ· κατὰ μὲν τὸν πρῶτον ὑπερθεματισμόν, ἐκεῖνος ὁ δοῦλος θέλει εἶσθαι ἀναγόραστος, εἰς τὸ τίμημα τοῦ ὁποίου ὁ ὑπερθεματισμὸς ἐγένετο, κατὰ δὲ τὸν μεταγενέστερον ὑπερθεματισμὸν ἑκάτερος [δοῦλος] θέλει ἀνήκει εἰς τὸν μεταγενέστερον ἀγοραστήν· ὅμως ἐὰν εἶνε ἀβέβαιον, εἰς τίνος τίμημα προσέθηκε, δὲν θεωρεῖται ὅτι ἐγένετο ἀποχώρησις ἀπὸ τῆς πρώτης ἀγοράσεως.

18 *AFRICANUS* Cum in diem duobus sociis fundus sit addictus, uno ex his pretium adiciente etiam pro ipsius parte a priore venditione discedi rectius existimatur.

18 *ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ* Ἐὰν ὑπὸ ἡμέραν κατεκυρώθη εἰς δύω ἑταίρους ἀγρός, τοῦ ἑνὸς ἐκ τούτων ὑπερθεματίζοντος ὀρθῶς φρονεῖται ὅτι καὶ ὡς πρὸς τὴν ἰδίαν ἑαυτοῦ μερίδα γίνεται ἀπὸ τῆς πωλήσεως ἀποχώρησις.

19 *JAVOLENUS* Fundo in diem addicto si postea pretium adiectum est et venditor alio fundo applicito eum ipsum fundi posteriori emptori addixit et id sine dolo malo fecit, priori emptori obligatus non erit: nam quamvis non id tantum, quod in diem addictum

19 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Ἐὰν ἀγρὸς ὑπὸ ἡμέραν κατεκυρώθη, κατόπιν δὲ ἐγένετο ὑπερθεματισμός, ὁ δὲ πωλητὴς ἕτερον ἀγρὸν συνδέσας αὐτὸν τοῦτον εἰς τὸν τοῦ μεταγενεστέρου ἀγροῦ ἀγοραστὴν κατεκύρωσε, καὶ τοῦτο ἄνευ δόλου ἐποίησεν, ἀπέναντι τοῦ προτέρου ἀγοραστοῦ δὲν θέλει ἐνέχεσθαι. διότι, καὶ-

erat, sed aliud quoque cun eo venierit, tamen, si venditor dolo caret, prioris emptoris causa absoluta est: id enim solum intuendum est, an priori[1] venditori bona fide facta sit adiectio.

(1) διαγρ. (Mo.)

20 *PAPINIANUS* Prior emptor post meliorem condicionem oblatam ob pecuniam in exordio venditori de pretio solutam contra secundum emptorem citra delegationem iure stipulationis interpositam agere non potest.

III[1].

**De lege commissoria.**

1 *ULPIANUS* Si fundus commissoria lege venierit, magis est, ut sub condicione resolvi emptio quam sub condicione contrahi videatur.

(1) Βασ. (ΙΘ'-Γ'.)

2 *POMPONIUS* Cum venditor fundi in lege ita caverit: « si ad «diem pecunia soluta non sit, ut «fundus inemptus sit », ita accipitur inemptus esse fundus, si venditor inemptum eum esse velit, quia id venditoris causa caveretur: nam si aliter acciperetur, exusta villa in potestate emptoris futurum, ut non dando pecuniam inemptum faceret fundum, qui ejus periculo fuisset.

3 *ULPIANUS* Nam legem commissoriam, quae in venditionibus adicitur, si volet venditor exercebit, non etiam invitus.

4 *IDEM* Si fundus lege commissoria venierit, hoc est ut, nisi intoi οὐχὶ μόνον ὅ,τι ὑπὸ ἡμέραν εἶχε κατακυρωθῆ, ἀλλὰ καὶ ἕτερον μετ' αὐτοῦ ἐπωλήθη, ὅμως ἐὰν ὁ πωλητὴς εἶνε ἀμέτοχος δόλου, ἡ μετὰ τοῦ πρώτου ἀγοραστοῦ σχέσις εἶνε λελυμένη· διότι τοῦτο μόνον δέον νὰ παρατηρῆται, ἂν ο εἰς την πρώτην πώλησιν ὑπερθεματισμὸς ἐγένετο καλῇ τῇ πίστει.

20 *ΠΑΠΙΝΙΑΝΟΣ* Ὁ πρῶτος ἀγοραστὴς μετὰ τὴν γενομένην καλλιτέραν προσφορὰν δὲν δύναται διὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς καταβληθέντα τῷ πωλητῇ ἀπέναντι τοῦ τιμήματος χρήματα νὰ ἐγείρῃ ἀγωγὴν κατὰ τοῦ δευτέρου ἀγοραστοῦ, ἂν μὴ προηγήθη ἀντίδοσις δι' ἐπερωτήσεως.

3.

**Περὶ τοῦ ὅρου ἐκπτώσεως.**

1 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν ἀγρὸς ὑπὸ ὅρον ἐκπτώσεως ἐπωλήθη, πιθανώτερον εἶνε νὰ θεωρῆται ὅτι ὑπὸ αἵρεσιν ἡ ἀγόρασις λύεται, παρ' ὅτι ὑπὸ αἵρεσιν συνάπτεται.

2 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν ὁ πωλητὴς ἀγροῦ ἐν τῇ συμφωνίᾳ ὥρισεν οὕτως· «ἐὰν ἐμπροθέσμως τὰ χρήματα μὴ καταβληθῶσιν, ὁ ἀγρὸς νὰ εἶνε ἀναγόραστος,» τότε θεωρεῖται ὅτι ἀναγόραστος εἶνε ὁ ἀγρός, ἐὰν ὁ πωλητὴς θέλῃ νὰ εἶνε ἀναγόραστος, διότι τοῦτο χάριν τοῦ πωλητοῦ ὁρίζεται· καθόσον ἐὰν ἄλλως ἤθελε θεωρηθῆ, καείσης [λ. χ.] ἐπαύλως ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀγοραστοῦ, θὰ ἐπήρχετο ὥστε μὴ δίδων τὰ χρήματα νὰ ποιῇ ἀναγόραστον τὸν ἀγρόν, ὅστις ἐπὶ κινδύνῳ αὐτοῦ ὑπῆρχε.

3 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Διότι τὸν ὅρον ἐκπτώσεως, ὅστις εἰς τὰς πωλήσεις προστίθεται, *ἐὰν θέλῃ* ὁ πωλητὴς ἐφαρμόζει, οὐχὶ δὲ καὶ ἄκων.

4 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν ἀγρὸς ὑπὸ ὅρον ἐκπτώσεως ἐπωλήθη,, οὕτω δηλ. ὥστε

tra certum diem pretium sit exsolutum, inemptus fieret, videamus, quemadmodum venditor agat tam de fundo quam de his, quae ex fundo percepta sint, itemque si deterior fundus effectus sit facto emptoris. et quidem finita est emptio: sed iam decisa quaestio est ex vendito actionem competere, ut rescriptis imperatoris Antonini

1 et divi Severi declaratur. Sed quod ait Neratius habet rationem, ut interdum fructus emptor lucretur, cum pretium quod numeravit perdidit[1]: igitur sententia Neratii tunc habet locum, quae est humana, quando emptor aliquam par-
2 tem pretii dedit. Eleganter Papinianus libro tertio responsorum scribit statim atque commissa lex est statuere venditorem debere, utrum commissoriam velit exercere an potius pretium petere, nec posse, si commissoriam elegit,

3 postea variare. In commissoriam etiam hoc solet convenire, ut, si venditor eundem fundum venderet, quanto minoris vendiderit, id a priore emptore exigat: erit itaque adversus eum ex vendito

4 actio. Marcellus libro vicensimo dubitat, commissoria utrum tunc locum habet, si interpellatus non solvat, an vero si non optulerit. et magis arbitror offerre eum debere, si vult se legis commissoriae potestate solvere: quod si non

(1) perdit (Mo.)

ἐὰν μὴ ἐντὸς ὡρισμένης προθεσμίας τὸ τίμημα καταβληθῇ, νὰ καθίσταται ἀναγόραστος, ἂς ἴδωμεν τίνι τρόπῳ ὁ πωλητὴς δύναται νὰ ἐναγάγῃ περί τε τοῦ ἀγροῦ καὶ περὶ ἐκείνων, ἅτινα ἐκ τοῦ ἀγροῦ συνελέγησαν, ὡσαύτως δ' ἐὰν ὁ ἀγρὸς κατέστῃ χειρότερος ἐκ πράξεως τοῦ ἀγοραστοῦ. καὶ ἡ μὲν ἀγόρασις λήγει· ἀλλ' εἶνε ἤδη λελυμένον ζήτημα, ὅτι ἡ ἐκ τῆς πωλήσεως ἀγωγὴ ἁρμόζει, καθὰ διὰ τῶν ἀντεπιστολῶν τοῦ αὐτοκράτορος Ἀντωνίνου καὶ τοῦ αὐτοκράτορος Σεβήρου διακηρύσσεται.
1 Ἀλλ' ὅπερ ὁ Νεράτιος λέγει ἔχει λόγον, ὅτι δηλ. ἐνίοτε τοὺς καρποὺς ὠφελεῖται ὁ ἀγοραστὴς, ὅταν τὸ τίμημα, ὅπερ ἐμέτρησεν, ἀπόλλυται· λοιπὸν ἡ γνώμη τοῦ Νερατίου, ἥτις εἶνε φιλάνθρωπος, τότε λαμβάνει χώραν, ὅταν ὁ ἀγοραστὴς μέρος τι [μόνον] τοῦ
2 τιμήματος ἔδωκε. Λαμπρὰ δ' ὁ Παπινιανὸς ἐν βιβλ. ζ' τῶν ἀπαντήσεων γράφει, ὅτι ἀμέσως ἅμα ὁ ὅρος ἐκπτώσεως ἐπραγματώθη, ὁ πωλητὴς ὀφείλει νὰ ὁρίσῃ, ἂν τὸν τῆς ἐκπτώσεως [ὅρον] θέλῃ νὰ ἐνεργήσῃ, ἢ μᾶλλον τὸ τίμημα ν' ἀπαιτήσῃ, οὐδὲ δύναται, ἐὰν [τὴν ἀγωγὴν] τῆς ἐκπτώσεως ἐξέλεξε, κα-
3 τόπιν νὰ μεταβάλῃ γνώμην. Ἐπὶ [τοῦ ὅρου] ἐκπτώσεως καὶ τοῦτο συνήθως συμφωνεῖται, ὅτι ἐὰν ὁ πωλητὴς τὸν αὐτὸν ἀγρὸν ἤθελε πωλήσει, ὅσον ὀλιγώτερον [τοῦ πρώτου τιμήματος] ἤθελε πωλήσει, τοῦτο παρὰ τοῦ πρώτου ἀγοραστοῦ ν' ἀπαιτῇ· θέλει εἶσθαι λοιπὸν ἐναντίον τούτου ἡ ἐκ τῆς πωλή-
4 σεως ἀγωγή. Ὁ Μάρκελλος ἐν βιβλ. κ' ἀμφιβάλλει, ἂν [ὁ ὅρος] ἐκπτώσεως τότε λαμβάνῃ χώραν, ἐὰν ὀχληθεὶς μὴ καταβάλῃ, ἢ τοὐναντίον ἐὰν μὴ προσέφερε. μᾶλλον λοιπὸν φρονῶ ὅτι ὀφείλει οὗτος νὰ προσφέρῃ, ἐὰν θέλῃ ν' ἀπαλλάξῃ ἑαυτὸν τῆς ἐφαρμογῆς τοῦ ὅρου ἐκπτώσεως· ἂν ὅμως δὲν ὑ-

habet cui offerat, posse esse securum.

5 *NERATIUS* Lege fundo venditio dicta, ut, si intra certum tempus pretium solutum non sit, res inempta sit, de fructibus, quos interim emptor percepisset, hoc agi intellegendum est, ut emptor interim eos sibi suo quoque[1] iure perciperet: sed si fundus revenisset, Aristo existimabat venditori de his iudicium in emptorem dandum esse, quia nihil penes eum residere oporteret ex re, in qua fidem fefellisset.

(1) quosque (Mo.)

6 *SCAEVOLA* De lege commissoria interrogatus ita respondit, si per emptorem factum sit, quo minus legi pareretur, et ea lege uti venditor velit, fundos inemptos fore et id, quod arrae vel alio nomine datum esset, apud venditorem

1 remansurum. Idem respondit, si ex lege inempti sint fundi, nec id, quod accessurum dictum est,

2 emptori deberi. Post diem lege commissoria comprehensum venditor partem reliquae pecuniae accepit. respondit, si post statutum diem reliquae pecuniae venditor legem dictam non exercuisset et partem reliqui debiti accepisset, videri recessum a commissoria.

7 *HERMOGENIANUS* Post diem commissoriae legi praestitutum si venditor pretium petat, legi commissoriae renuntiatum videtur, nec

πάρχῃ [τις] εἰς ὃν νὰ προσφέρῃ, δύναναι νὰ εἶνε ἀσφαλής.

5 *ΝΕΡΑΤΙΟΣ* Ἐὰν ἐπὶ πωλήσεως ἀγροῦ ἐτέθη ὅρος ὅτι, ἂν ἐντὸς ὡρισμένου χρόνου τὸ τίμημα μὴ καταβληθῇ, τὸ πρᾶγμα νὰ εἶνε ἀναγόραστον, περὶ τῶν καρπῶν, οὓς ἐν τῷ μεταξὺ ὁ ἀγοραστὴς ἤθελε συλλέξει, δέον νὰ θεωρῆται ὅτι τοῦτο συνεφωνήθη, ὥστε ὁ ἀγοραστὴς ἐν τῷ μεταξὺ ἐν ἰδίῳ δικαιώματι ἑκάστοτε νὰ συλλέγῃ αὐτούς· ἀλλ' ἐὰν ὁ ἀγρὸς ἤθελεν ἐπιστραφῆ, ὁ Ἀρίστων ἐφρόνει ὅτι εἰς τὸν πωλητὴν πρέπει νὰ δίδηται περὶ τούτων ἀγωγὴ κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ, διότι οὐδὲν παρ' αὐτῷ δέον νὰ ὑπολείπηται ἐκ πράγματος, ὡς πρὸς τὸ ὁποῖον εἶχε παραβιάσει τὴν ὑπόσχεσιν.

6 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* Περὶ τοῦ ὅρου ἐκπτώσεως ἐπερωτηθεὶς ἀπήντησεν οὕτως· ἐὰν ἐκ τοῦ ἀγοραστοῦ ἐγένετο, ὥστε νὰ μὴ τηρηθῇ ὁ ὅρος, θέλῃ δὲ ὁ πωλητὴς νὰ ποιήσῃ χρῆσιν τοῦ ὅρου τούτου, οἱ ἀγροὶ θέλουσιν εἶσθαι ἀναγόραστοι, καὶ ἐκεῖνο, ὅπερ ὡς ἀρραβὼν ἢ ὑπ' ἄλλον ὄνομα ἐδόθη, παρὰ τῷ 1 πωλητῇ θέλει μείνει. Ὁ αὐτὸς ἀπήντησεν ὅτι, ἐὰν ἕνεκα τοῦ ὅρου ἀναγόραστοι εἶνε οἱ ἀγροί, οὐδ' ἐκεῖνο, ὅπερ ἐλέχθη ὅτι θέλει προσαυξήσει, 2 ὀφείλεται εἰς τὸν ἀγοραστήν. Μετὰ τὴν ἐν τῷ ὅρῳ ἐκπτώσεως περιλαμβανομένην ἡμέραν ὁ πωλητὴς ἔλαβε μέρος τῶν ὑπολειπομένων χρημάτων· ἀπήντησεν ὅτι, ἐὰν μετὰ τὴν ὡρισμένην διὰ τὰ ὑπόλοιπα χρήματα ἡμέραν ὁ πωλητὴς δὲν ἔλαβεν ὑπ' ὄψιν τὸν τεθειμένον ὅρον, καὶ μέρος τοῦ ὑπολειπομένου χρέους ἐδέχθη, θεωρεῖται ὅτι ἐγένετο παραίτησις ἀπὸ τῆς ἐκπτώσεως.

7 *ΕΡΜΟΓΕΝΙΑΝΟΣ* Ἐὰν μετὰ τὴν ὑπὸ τοῦ ὅρου ἐκπτώσεως προσδιωρισμένην ἡμέραν ὁ πωλητὴς ἀπαιτῇ τὸ τίμημα, θεωρεῖται ὅτι ἐγένετο παραί-

variare et ad hanc redire potest.

8 *SCAEVOLA* Mulier fundos Gaio Seio vendidit et acceptis arrae nomine certis pecuniis statuta sunt tempora solutioni reliquae pecuniae: quibus si non paruisset emptor, pactus est, ut arram perderet et inemptae villae essent. die statuto emptor testatus est se pecuniam omnem reliquam paratum fuisse exsolvere (et sacculum cum pecunia signatorum signis obsignavit), defuisse autem venditricem, posteriore autem die nomine fisci testato conventum emptorem, ne ante mulieri pecuniam exsolveret quam fisco satisfaceret. quaesitum est, an fundi non sint in ea causa, ut a venditrice vindicari debeant ex conventione venditoris[1]. respondit secundum ea quae proponerentur non commisisse in legem venditionis emptorem.

(1) venditionis (Mo.)

τησις ἀπὸ τοῦ ὅρου ἐκπτώσεως, οὐδὲ δύναται νὰ μεταβάλῃ γνώμην καὶ νὰ ἐπανέλθῃ εἰς ἐκεῖνον.

8 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* Γυνὴ ἐπώλησεν εἰς τὸν Γάϊον Σέϊον κτήματα καὶ ἀφοῦ ἐλήφθησαν λόγῳ ἀρραβῶνος ὡρισμένα χρήματα, ὡρίσθησαν χρόνοι διὰ τὴν καταβολὴν τῶν ὑπολοίπων χρημάτων· τούτους ἐὰν μὴ ἤθελε τηρήσει ὁ ἀγοραστής, συνεφωνήθη νὰ ἀπολέσῃ τὸν ἀρραβῶνα, καὶ αἱ ἐπαύλεις νὰ εἶνε ἀναγόραστοι· κατὰ τὴν ὡρισμένην ἡμέραν ὁ ἀγοραστὴς διεκήρυξε μὲν ὅτι ἦτο ἕτοιμος νὰ καταβάλῃ πάντα τὰ ὑπόλοιπα χρήματα (καὶ σάκκον δὲ μετὰ τῶν χρημάτων διὰ τῶν σφραγίδων τῶν σφραγιστῶν ἐσφράγισε), ἡ πωλητὴς ὅμως ἔλειπε, κατὰ δὲ τὴν ἑπομένην ἡμέραν ἐν ὀνόματι τοῦ δημοσίου προσεκλήθη ἐνώπιον μαρτύρων ὁ ἀγοραστής, νὰ μὴ καταβάλῃ εἰς τὴν γυναῖκα τὰ χρήματα, πρὶν ἡ δώσῃ [αὕτη] ἀσφάλειαν εἰς τὸ δημόσιον· ἠρωτήθη, ἂν οἱ ἀγροὶ δὲν εἶνε ἐν τοιαύτῃ καταστάσει, ὥστε νὰ δύνανται νὰ διεκδικηθῶσι παρὰ τοῦ πωλητοῦ κατὰ τὴν συμφωνίαν τῆς πωλήσεως· ἀπήντησεν ὅτι, ὡς τὰ πράγματα ἐξετέθησαν, ὁ ἀγοραστὴς δὲν παρεβίασε τὸν ὅρον τῆς πωλήσεως.

## IIII.[2]

### De hereditate vel actione vendita.

1 *POMPONIUS* Si hereditas venierit eius, qui vivit aut nullus sit, nihil esse acti, quia in rerum natura non sit quod venierit.

2 *ULPIANUS* Venditor hereditatis satisdare de evictione non debet, cum id inter ementem et

(2) Κωδ. (4.39)—Βασ. (ΙΘ'. Δ')

## 4.

### Περὶ πωληθείσης κληρονομίας ἢ ἀγωγῆς.

1 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν ἐπωλήθη κληρονομία τινός, ὅστις ζῇ ἢ εἶνε ἀνύπαρκτος, εἶνε ἄκυρος ἡ πρᾶξις, καθόσον δὲν ὑπάρχει μεταξὺ τῶν πραγμάτων τὸ πωληθέν.

2 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ὁ πωλητὴς κληρονομίας δὲν ὀφείλει νὰ παρέχῃ ἀσφάλειαν περὶ ἐκνικήσεως, καθόσον μετὰ

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

vendentem agatur, ut neque amplius neque minus iuris emptor habeat quam apud heredem futurum esset: plane de facto suo venditor satisdare cogendus est.

ἀγοράζοντος καὶ πωλοῦντος τοῦτο σκοπεῖται, ὥστε οὔτε περισσότερον οὔτε ὀλιγώτερον δίκαιον νὰ ἔχῃ ὁ ἀγοραστής, παρ' ὅ,τι παρὰ τῷ κληρονόμῳ ἤθελεν εἶσθαι· βεβαίως περὶ τῆς ἰδίας ἑαυτοῦ ἐνεργείας δέον ὁ πωλητὴς ν' ἀναγκάζηται εἰς παροχὴν ἀσφαλείας.

1 In hereditate vendita utrum ea quantitas spectatur, quae fuit mortis tempore, an ea, quae fuit cum aditur hereditas, an ea quae fuit cum hereditas venumdatur, videndum erit. et verius est hoc esse servandum quod actum est: plerumque autem hoc agi videtur, ut quod ex hereditate pervenit in id tempus quo venditio fit, id videa-

1 Ἐπὶ πωλήσεως κληρονομίας πρέπει νὰ ἴδωμεν ἂν ἐκείνη ἡ ποσότης ὑπ' ὄψιν λαμβάνηται, ἥτις ὑπῆρχε κατὰ τὸν χρόνον τοῦ θανάτου, ἢ ἐκείνη, ἥτις ὑπῆρχε κατὰ τὴν προσέλευσιν εἰς τὴν κληρονομίαν, ἢ ἐκείνη ἥτις ὑπῆρχεν, ὅτε ἡ κληρονομία ἐπωλεῖτο. ὀρθότερον λοιπὸν εἶνε, ἐκεῖνο νὰ τηρῆται, ὅπερ ἐσκοπεῖτο· πολλάκις δὲ τοῦτο φαίνεται ὅτι σκοπεῖται, ὥστε ὅ,τι ἐκ τῆς κληρονομίας προέρχεται κατὰ τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἡ πώλησις γίνεται, τοῦτο

2 tur venisse. Illud potest quaeri, si etiam impuberi sit substitutus is qui vendidit hereditatem testatoris, an etiam id, quod ex impuberis hereditate ad eum qui vendidit hereditatem pervenit, ex empto actioni locum faciat. et magis est, ne veniat, quia alia hereditas est: licet enim unum testamentum sit, alia tamen atque alia hereditas est. plane si hoc actum sit, dicendum erit etiam impuberis hereditatem in venditionem venire, maxime si iam delata impuberis

2 νὰ θεωρῆται ὅτι ἐπωλήθη. Δύναται δὲ νὰ ἐξετασθῇ τοῦτο, ἐὰν καὶ εἰς ἄνηβον ὑπεκατεστάθη ἐκεῖνος, ὅστις ἐπώλησε τὴν κληρονομίαν τοῦ διαθέτου, ἆρά γε καὶ ἐκεῖνο, ὅπερ ἐκ τῆς τοῦ ἀνήβου κληρονομίας περιῆλθεν εἰς τὸν πωλήσαντα τὴν κληρονομίαν, προκαλῇ τὴν ἐκ τῆς ἀγοράσεως ἀγωγήν; πιθανώτερον λοιπὸν εἶνε, νὰ μὴ εἶνε πωλημένον, διότι ἄλλη κληρονομία εἶνε· καθόσον καί τοι μία διαθήκη εἶνε, ὅμως χωρισταὶ εἶνε αἱ κληρονομίαι· βεβαίως ἐὰν τοῦτο συνεφωνήθη, θέλει λεχθῇ ὅτι καὶ ἡ τοῦ ἀνήβου κληρονομία περιλαμβάνεται ἐν τῇ πωλήσει, μάλιστα ἐὰν ἤδη ἀφοῦ ἐπήχθη ἡ τοῦ ἀνήβου κληρονομία ἐπωλήθη ἡ κληρονομία.

3 hereditate venierit hereditas. Pervenisse ad venditorem hereditatis quomodo videatur, quaeritur. et ego puto, antequam quidem corpora rerum hereditariarum nactus venditor fuerit, hactenus videri ad eum pervenisse, quatenus mandare potest earum rerum persecutio-

3 Ἐρωτᾶται κατὰ τίνα τρόπον νοεῖται τὸ νὰ *περιέλθῃ* εἰς τὸν πωλητὴν κληρονομίας· ἐγὼ λοιπὸν φρονῶ, ὅτι προτοῦ μὲν ὁ πωλητὴς ἀποκτήσῃ τὰ ἀντικείμενα τῆς κληρονομίας, ἐπὶ τοσοῦτον θεωρεῖται ὅτι *περιῆλθον* εἰς αὐτόν, ἐφ' ὅσον δύναται νὰ ἐντείληται τὴν ἐπιδίωξιν τῶν πραγμάτων τούτων,

nem actionesque tribuere: enimvero ubi corpora nactus est vel debita exegit, plenius ad eum videri pervenisse. sed et si rerum venditarum ante hereditatem venditam pretia fuerit consecutus, palam est ad eum pretia rerum pervenisse. illud tenendum est cum effectu videri pervenisse, non prima ratione: idcirco quod legatorum nomine quis praestitit, non videtur ad eum pervenisse: sed et si quid aeris alieni est vel cuius alterius oneris hereditarii, pervenisse merito negabitur. set et rerum ante venditionem donatarum pretia praestari aequitatis ratio

4 exigit. Non tantum autem quod ad venditorem hereditatis pervenit, sed et quod ad heredem eius ex hereditate pervenit, emptori restituendum est: et non solum quod iam pervenit, sed et quod quandoque pervenerit, restituen-

5 dum est. Sed et si quid dolo malo eorum factum est, quo minus ad eos perveniat, et hoc emptori praestandum est: fecisse autem dolo malo quo minus perveniat videtur, sive alienavit aliquid, vel etiam accepto quem liberavit, vel id egit dolo malo, ne de hereditate adquireretur[1] vel ne possessionem adipisceretur quam posset adipisci. sed et si non dolo malo, sed lata culpa admiserit aliquid, utique tenebitur: deperdita autem et deminuta sine dolo malo vendito-

(1) adquireret (Mo.)

καὶ νὰ ἐκχωρήσῃ τὰς ἀγωγάς· ὅταν ὅμως ἀπέκτησε τὰ πράγματα, ἢ τὰ ὀφειλόμενα εἰσέπραξε, πληρέστερον θεωρεῖται ὅτι εἰς αὐτὸν περιῆλθον· ἀλλὰ καὶ ἂν πραγμάτων πωληθέντων πρὸ τῆς πωλήσεως τῆς κληρονομίας ἔλαβε τὰ τιμήματα, φανερὸν εἶνε ὅτι εἰς τοῦτον τὰ τιμήματα τῶν πραγμάτων *περιῆλθον*· δέον δὲ νὰ γινώσκωμεν τοῦτο, ὅτι ἡ *μετ' ἀποτελέσματος* περιέλευσις ὑπ' ὄψιν λαμβάνεται, οὐχὶ δ' ἡ ἐκ πρώτης ὄψεως [φαινομένη τοιαύτη]· διὰ τοῦτο ὅ,τι λόγῳ κληροδοσιῶν κατέβαλέ τις, δὲν θεωρεῖται ὅτι περιῆλθεν εἰς αὐτόν· ἀλλὰ καὶ ἂν τι χρέος ὑπάρχῃ ἢ ἄλλο τι βάρος κληρονομιαῖον, δικαίως θέλομεν ἀρνηθῆ ὅτι *περιῆλθεν*· ὅμως καὶ τῶν πραγμάτων τῶν πρὸ τῆς πωλήσεως δωρηθέντων λόγος ἰσότητος ἀπαιτεῖ νὰ παρέχωνται [ὑπὸ τοῦ πωλητοῦ τῆς κληρονο-4 μίας] τὰ τιμήματα. Οὐχὶ δὲ μόνον ὅ,τι εἰς τὸν πωλητὴν τῆς κληρονομίας περιῆλθεν, ἀλλὰ καὶ ὅ,τι εἰς τὸν κληρονόμον αὐτοῦ ἐκ τῆς κληρονομίας περιῆλθε, πρέπει ν' ἀποδίδηται εἰς τὸν ἀγοραστήν· καὶ ὄχι μόνον ὅ,τι ἤδη περιῆλθεν, ἀλλὰ καὶ ὅ,τι ὁποτεδήποτε ἤθελε περιέλθει, δέον ν' ἀποδίδηται. 5 Ἀλλὰ καὶ ἄν τι ἐκ δόλου αὐτῶν ἐγένετο, ὥστε εἰς αὐτὸν νὰ μὴ περιελθῃ, καὶ τοῦτο δέον νὰ παρέχηται εἰς τὸν ἀγοραστήν· θεωρεῖται δ' ὅτι ἐκ δόλου ἐποίησεν [ὁ πωλητὴς] ὥστε νὰ μὴ περιέλθῃ, ἐὰν εἴτε ἀπηλλοτρίωσέ τι, ἢ καὶ δι' ἀθωώσεως ἀπήλλαξέ τινα, ἢ τοῦτο δολίως ἔπραξεν, ὥστε νὰ μὴ ἀποκτήσῃ ἐκ τῆς κληρονομίας, ἢ νὰ μὴ ἐπιτύχῃ τὴν νομήν, ἣν ἠδύνατο νὰ ἐπιτύχῃ· ἀλλὰ καὶ ἂν οὐχὶ ἐκ δόλου, ἀλλ' ἐκ βαρέος πταίσματος διέπραξέ τι, ἐξάπαντος θέλει ἐνέχεσθαι· τὰ ἀπολεσθέντα ὅμως καὶ μειωθέντα ἄνευ δόλου τοῦ πωλητοῦ δὲν καταβάλλον-

6 ris non praestabuntur. Illud quaesitum est, an venditor hereditatis ob debitum a filio suo qui in potestate eius esset servove ei, cuius hereditatem vendidisset, praestare debeat emptori. et visum est, quidquid dumtaxat de peculio filii servive aut in suam rem versum inveniatur, praestare eum 7 debere. Solet quaeri, an et, si quid lucri occasione hereditatis venditor senserit, emptori restituere id debeat. et est apud Iulianum haec quaestio tractata libro sexto digestorum et ait, quod non debitum exegerit, retinere heredem et quod non debitum solverit, non reputare: nam hoc servari, ut heres emptori non praestet quod non debitum exegerit, neque ab eo consequatur quod non debitum praestiterit. si autem condemnatus praestiterit, hoc solum heredi sufficit esse eum condemnatum sine dolo malo suo, etiamsi maxime creditor non fuerit is cui condemnatus est heres: quae sententia mihi placet. Non solum autem hereditarias actiones, sed etiam eas obligationes quas ipse heres constituit dicendum erit praestari emptori debere: itaque et si fideiussorem acceperit ab hereditario debitore, ipsam actionem quam habet heres praestare emptori debebit: sed et si novaverit vel in iudicium deduxerit actionem, praestare debebit hanc ipsam actionem quam nactus est. 9 Sicuti lucrum omne ad emptorem hereditatis respicit, ita damnum quoque debet ad eundem

6 ται. Ἐξητάσθη δὲ τὸ ἐξῆς, ἂν ὁ πωλητὴς κληρονομίας τὸ ὀφειλόμενον ὑπὸ τοῦ ὑπεξουσίου αὐτοῦ υἱοῦ, ἢ τοῦ δούλου ἐκείνου, οὕτινος τὴν κληρονομίαν ἐπώλησεν, ὀφείλῃ νὰ παράσχῃ εἰς τὸν ἀγοραστήν. ἐγένετο λοιπὸν δεκτὸν ὅτι μόνον ὅ,τι ἐκ τοῦ χρηματίου τοῦ υἱοῦ ἢ τοῦ δούλου ἢ εἰς ἴδιον ὄφελος καταναλωθὲν εὑρίσκεται, ὀφείλει ἐκεῖ-
7 νος νὰ παράσχῃ. Συνήθως ἐξετάζεται, καὶ ἂν τι κέρδος ἐπὶ εὐκαιρίᾳ τῆς κληρονομίας ὁ πωλητὴς ἐποίησεν, ὀφείλει ἆρά γε ν' ἀποδώσῃ τοῦτο εἰς τὸν ἀγοραστήν; παρ' Ἰουλιανῷ λοιπὸν τὸ ζήτημα τοῦτο ἐξετάζεται ἐν βιβλ. ς'. τῶν πανδεκτῶν, λέγει δὲ ὅτι, ὅ,τι μὴ ὀφειλόμενον εἰσέπραξε, παρακρατεῖ ὁ κληρονόμος, ὅ,τι δὲ μὴ ὀφειλόμενον ἐπλήρωσε, δὲν ὑπολογίζει. διότι τοῦτο τηρεῖται, ὥστε ὁ κληρονόμος νὰ μὴ παρέχῃ εἰς τὸν ἀγοραστὴν ὅ,τι μὴ ὀφειλόμενον εἰσέπραξε, μηδὲ νὰ λαμβάνῃ οὗτος ὅ,τι μὴ ὀφειλόμενον παρέσχεν. ἂν ὅμως καταδικασθεὶς παρέσχε, τοῦτο μόνον διὰ τὸν κληρονόμον ἀρκεῖ, νὰ κατεδικάσθη δηλ. οὗτος ἄνευ δόλου ἑαυτοῦ, καί τοι οὐδόλως ἦτο πιστωτὴς ἐκεῖνος, οὗ ἀπέναντι κατεδικάσθη ὁ κληρονόμος. αὕτη δ' ἡ γνώμη μοι
8 ἀρέσκει. Οὐχὶ δὲ μόνον τὰς κληρονομικὰς ἀγωγάς, ἀλλὰ καὶ ἐκείνας τὰς ἐνοχάς, ἃς αὐτὸς ὁ κληρονόμος παρήγαγε, δέον νὰ λεχθῇ ὅτι ὀφείλει νὰ παράσχῃ εἰς τὸν ἀγοραστήν· ὅθεν καὶ ἂν ἐγγυητὴν ἔλαβε παρὰ κληρονομικοῦ ὀφειλέτου, ταύτην τὴν ἀγωγήν, ἣν ἔχει, ὀφείλει ὁ κληρονόμος νὰ παράσχῃ εἰς τὸν ἀγοραστήν· ἀλλὰ καὶ ἂν ἀνανέωσιν ἐποίησεν, ἢ εἰς ἐκδίκασιν ἔφερε τὴν ἀγωγήν, ὀφείλει νὰ παράσχῃ αὐτὴν ταύτην τὴν ἀγωγήν, ἣν
9 ἀπέκτησεν. Ὡς δὲ πᾶσα ὠφέλεια εἰς τὸν ἀγοραστὴν τῆς κληρονομίας ἀποβλέπει, οὕτω καὶ ἡ ζημία δέον εἰς

*10* respicere. Denique si rem hereditariam heres vendiderit ac per hoc fuerit condemnatus, non habet contra emptorem actionem, quia non ideo condemnatur quod heres esset, sed quod vendiderit. sed si pretium rei distractae emptori hereditatis dedit, videamus, an locus sit ex vendito actioni: et

*11* putem esse. Sive ipse venditor dederit aliquid pro hereditate sive procurator eius sive alius quis pro eo, dum negotium eius gerit, locus erit ex vendito actioni, dummodo aliquid absit venditori hereditatis: ceterum si nihil absit venditori, consequens erit dicere non

*12* competere ei actionem. Apud Iulianum scriptum est, si venditor hereditatis exceperit servum sine peculio et eius nomine cum eo fuerit actum de peculio et in rem verso, id dumtaxat eum consequi, quod praestiterit eius peculii nomine quod emptorem sequi debeat, aut quod in rem defuncti versum est: his enim casibus aes alienum emptoris solvit, ex ceteris causis

*13* suo nomine condemnetur[1]. Quid ergo si servum cum peculio exceperit venditor hereditatis conventusque de peculio praestitit? Marcellus libro sexto digestorum non repetere eum scripsit, si modo hoc actum est, ut, quod superfuisset ex peculio, hoc haberet: at si

(1) contemnatur.

*10* τὸν αὐτὸν ν' ἀποβλέπῃ. Ὅθεν ἐὰν πρᾶγμα κληρονομιαῖον ὁ κληρονόμος [εἰς τρίτον] ἐπώλησε, καὶ ἐκ τούτου κατεδικάσθη, δὲν ἔχει κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ [τῆς κληρονομίας] ἀγωγήν, διότι δὲν καταδικαζεται διὰ τοῦτο, διότι εἶνε κληρονόμος, ἀλλὰ διότι ἐπώλησεν. ἀλλ' ἐὰν τὸ τίμημα τοῦ πωληθέντος πράγματος εἰς τὸν ἀγοραστὴν τῆς κληρονομίας ἔδωκεν, ἂς ἴδωμεν ἂν λαμβάνῃ χώραν ἡ ἐκ τῆς πωλήσεως ἀγωγή. φρονῶ λοιπὸν ὅτι λαμ-
*11* βάνει. Εἴτε αὐτὸς ὁ πωλητὴς ἔδωκέ τι ὑπὲρ τῆς κληρονομίας, εἴτε ὁ πληρεξούσιος αὐτοῦ, εἴτε ἄλλος τις ὑπὲρ αὐτοῦ, ἐνῷ ὑπόθεσιν τούτου ἐδιοίκει, θέλει λάβει χώραν ἡ ἐκ τῆς πωλήσεως ἀγωγή, ἀρκεῖ μόνον νὰ ἐστερήθη τι ὁ πωλητὴς τῆς κληρονομίας· ἄλλως ἐὰν μηδὲν ἐστερήθη ὁ πωλητής, ἀκόλουθον θέλει εἶσθαι νὰ εἴπωμεν ὅτι δὲν ἁρμόζει αὐτῷ ἀγωγή.
*12* Παρ' Ἰουλιανῷ ἐγράφη ὅτι, ἐὰν ὁ πωλητὴς κληρονομίας ἐξήρεσε δοῦλον ἄνευ χρηματίου καὶ λόγῳ αὐτοῦ ἠγέρθη κατ' ἐκείνου ἀγωγὴ ἐκ τοῦ χρηματίου καὶ τοῦ εἰς ἴδιον ὄφελος καταναλωθέντος, τοῦτο μόνον οὗτος λαμβάνει, ὅπερ κατέβαλε λόγῳ τοῦ χρηματίου, ὅπερ ἔδει νὰ ἀκολουθήσῃ τὸν ἀγοραστήν, ἢ ὅ,τι εἰς ὑπόθεσιν τοῦ ἀποθανόντος κατηναλώθη· διότι κατὰ ταύτας [μόνον] τὰς περιπτώσεις καταβάλλει χρέος τοῦ πωλητοῦ, ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν αἰτιῶν ἐν ἰδίῳ ὀνόματι
*13* καταδικάζεται. Τί λοιπὸν ἐὰν δοῦλον μετὰ χρηματίου ἐξήρεσεν ὁ πωλητὴς τῆς κληρονομίας, καὶ ἐναχθεὶς ἐκ τοῦ χρηματίου κατέβαλεν; ὁ Μάρκελλος ἐν βιβλ. ς' τῶν πανδεκτῶν ἔγραψεν ὅτι δὲν ἀναζητεῖ οὗτος. ἀρκεῖ μόνον τοῦτο νὰ συνεφωνήθη, ὥστε, ὅ,τι ἤθελε πλεονάσει ἐκ τοῦ χρηματίου, τοῦτο νὰ ἔχῃ· ὅμως ἂν τοὐναντίον

contra actum est, recte repetere eum posse ait: si vero nihil expressim inter eos convenit, sed tantummodo peculii mentio facta est, cessare ex vendito actionem *14* constat. Si venditor hereditatis aedes sibi exceperit, quarum nomine damni infecti promissum fuerat, interest quid acti sit: nam si ita excepit, ut damni quoque infecti stipulationis onus sustineret, nihil ab emptore consequeretur: si vero id actum erit, ut emptor hoc aes alienum exsolveret, ad illum onus stipulationis pertinebit: si non apparebit quid acti sit, verisimile erit id actum, ut eius quidem damni nomine, quod ante venditionem datum fuerit, onus ad emptorem, alterius temporis ad heredem pertineat.

*15* Si Titius Maevi hereditatem Seiσ vendiderit et a Seio heres institutus eam hereditatem Attio vendiderit, an ex priore venditione hereditatis cum Attio agi possit? et ait Iulianus: quod venditor hereditatis petere a quolibet extraneo herede potuisset, id ab hereditatis emptore consequatur: et certe si Seio alius heres exstitisset, quidquid venditor Maevianae hereditatis nomine praestitisset, id ex vendito actione consequi ab eo potuisset: nam et si duplam hominis a Seio stipulatus fuissem et ei heres exstitissem eamque hereditatem Titio vendidissem, evicto homine rem a Titio servasυνεφωνήθη, ὀρθῶς δύναται οὗτος ν' ἀναζητήσῃ, λέγει· ἂν ὅμως μηδὲν ρητῶς μεταξὺ αὐτῶν συνεφωνήθη, ἀλλὰ μόνον μνεία τοῦ χρηματίου ἐγένετο, γνωστὸν ὅτι ἀργεῖ ἡ ἐκ τῆς πωλήσεως *14* ἀγωγή. Ἐὰν ὁ πωλητὴς κληρονομίας ἐξήρεσε δι' ἑαυτὸν οἰκίαν, ἧς ἕνεκεν εἶχε δοθῆ ὑπόσχεσις περὶ ἐπικειμένης ζημίας, ἐνδιαφέρει [νὰ γινώσκωμεν] τί ἐσκοπεῖτο· διότι ἐὰν ἐξήρεσεν οὕτως, ὥστε καὶ τὸ βάρος τῆς διὰ τὴν ἐπικειμένην ζημίαν ἐπερωτήσεως ν' ἀναλάβῃ, οὐδὲν παρὰ τοῦ ἀγοραστοῦ δύναται νὰ λάβῃ· ἂν ὅμως ἐσκοπεῖτο τοῦτο, ὥστε ὁ ἀγοραστὴς νὰ καταβάλῃ τὸ τοιοῦτο χρέος, εἰς τοῦτον ἀποβλέπει τὸ βάρος τῆς ἐπερωτήσεως· ἂν δὲ μὴ εἶνε φανερὸν τί ἐσκοπεῖτο, πιθανὸν εἶνε ὅτι τοῦτο ἐσκοπεῖτο, ὥστε διὰ μὲν τὴν ζημίαν, ἥτις πρὸ τῆς πωλήσεως ἐπῆλθε, τὸ βάρος ν' ἀποβλέπῃ εἰς τὸν ἀγοραστήν, [διὰ δὲ τὴν ζημίαν] τοῦ λοι*15* ποῦ χρόνου εἰς τὸν κληρονόμον. Ἐὰν ὁ Τίτιος τὴν τοῦ Μαιβίου κληρονομίαν εἰς τὸν Σέϊον ἐπώλησε καὶ ὑπὸ τοῦ Σείου κληρονόμος ἐγκατασταθεὶς ταύτην τὴν κληρονομίαν εἰς τὸν Ἄττιον ἐπώλησεν, ἆρά γε ἐκ τῆς προηγουμένης πωλήσεως τῆς κληρονομίας δύναται κατὰ τοῦ Ἀττίου νὰ ἐγερθῇ ἀγωγή; λέγει λοιπὸν ὁ Ἰουλιανός· ὅ,τι ὁ πωλητὴς τῆς κληρονομίας θὰ ἠδύνατο ν' ἀπαιτήσῃ παρ' οἱουδήποτε τρίτου κληρονόμου, τοῦτο ἐπιτυγχάνει ἀπὸ τοῦ ἀγοραστοῦ τῆς κληρονομίας. καὶ βεβαίως ἐὰν ἕτερος εἶχεν ἀναδειχθῆ κληρονόμος τοῦ Σείου, ὅ,τι ὁ πωλητὴς ἕνεκα τῆς Μαιβιανῆς κληρονομίας εἶχε παράσχει, τοῦτο διὰ τῆς ἐκ τῆς πωλήσεως ἀγωγῆς θὰ ἠδύνατο νὰ λάβῃ παρ' αὐτοῦ· διότι καὶ ἂν τὸ διπλάσιον [τῆς ἀξίας] δούλου παρὰ τοῦ Σείου εἶχον ἐπερωτήσει, ἀνεδείχθην δὲ τούτου κληρονόμος καὶ τὴν κληρονομίαν εἰς

16 rem. Si quid publici vectigalis nomine praestiterit venditor hereditatis, consequens erit dicere agnoscere emptorem et hoc debere: namque hereditaria onera etiam haec sunt. et si forte tributorum nomine aliquid dependat, 17 idem erit dicendum. Quod si funere facto heres vendidisset hereditatem, an impensam funeris ab emptore consequatur? et ait Labeo emptorem impensam funeris praestare debere, quia et ea, inquit, impensa hereditaria esset: cuius sententiam et Iavolenus pu-

18 tat veram et ego arbitror. Cum quis debitori suo heres exstitit, confusione creditor esse desinit: sed si vendidit hereditatem, aequissimum videtur emptorem hereditatis vicem heredis optinere et idcirco teneri venditori hereditatis, sive cum moritur testator debuit (quamvis post mortem debere desiit adita a venditore hereditate) sive quid in diem debeatur sive sub condicione et postea condicio exstitisset, ita tamen, si eius debiti adversus heredem actio esse poterat, ne forte etiam ex his causis, ex quibus cum herede actio

19 non est, cum emptore agatur. Et si servitutes amisit heres institutus adita hereditate, ex vendito poterit experiri adversus emptorem, ut servitutes ei restituantur.

τὸν Τίτιον ἐπώλησα, ἐκνικηθέντος τοῦ δούλου ἤθελον λάβει παρὰ τοῦ Τιτίου 16 τὸ ἐπερωτηθέν. Ἐαν τι λόγῳ δημοσίου τέλους παρέσχεν ὁ πωλητὴς τῆς κληρονομίας, ἀκόλουθον εἶνε νὰ εἴπωμεν ὅτι ὁ ἀγοραστὴς ὀφείλει καὶ τοῦτο νὰ ἐπιγινώσκῃ. διότι καὶ ταῦτα εἶνε κληρονομικὰ βάρη· καὶ ἂν τυχὸν λόγῳ εἰσφορῶν δαπανήσῃ τι, τὸ αὐτὸ θέλει 17 λεχθῆ. Ἂν ὅμως γενομένης τῆς κηδείας ὁ κληρονόμος ἐπώλησε τὴν κληρονομίαν, ἆρά γε τὴν δαπάνην τῆς κηδείας λαμβάνει παρὰ τοῦ ἀγοραστοῦ; λέγει λοιπὸν ὁ Λαβέων ὅτι ὁ ἀγοραστὴς ὀφείλει νὰ παράσχῃ τὴν δαπάνην τῆς κηδείας, καθόσον καὶ αὕτη, λέγει, εἶνε κληρονομικὴ δαπάνη· τούτου δὲ τὴν γνώμην καὶ ὁ Ἰαβολένος θεωρεῖ ὀρθὴν καὶ ἐγὼ δ' ἐπιδοκιμάζω. 18 Ἐάν τις ἀνεδείχθη κληρονόμος τοῦ ἰδίου ὀφειλέτου, διὰ τῆς συγχύσεως ἔπαυσε νὰ εἶνε πιστωτής, ἀλλ' ἐὰν ἐπώλησε τὴν κληρονομίαν, ἰσώτατον θεωρεῖται ὁ ἀγοραστὴς τῆς κληρονομίας νὰ λάβῃ θέσιν κληρονόμου, καὶ διὰ τοῦτο νὰ ἐνέχηται ἀπέναντι τοῦ πωλητοῦ τῆς κληρονομίας, εἴτε ὅτε ἀπέθανεν ὤφειλεν ὁ διαθέτης (καίτοι μετὰ τὸν θάνατον ἔπαυσε νὰ ὀφείλῃ διὰ τῆς τοῦ πωλητοῦ προσελεύσεως εἰς τὴν κληρονομίαν), εἴτε τι ὑπὸ προθεσμίαν ὀφείλεται, εἴτε ὑπὸ αἵρεσιν καὶ κατόπιν ἡ αἵρεσις ἐπληρώθη, τότε ὅμως, ἐὰν διὰ τὸ χρέος τοῦτο ἠδύνατο νὰ ὑπάρχῃ κατὰ τοῦ κληρονόμου ἀγωγή, ἵνα μὴ τυχὸν καὶ ἐκ τῶν αἰτιῶν, δι' ἃς κατὰ τοῦ κληρονόμου δὲν ὑπάρχει ἀγωγή, ἐγείρηται τοιαύτη κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ. 19 Καὶ ἂν δουλείας [ἑαυτῷ ὀφειλομένας] ἀπώλεσεν ὁ ἐγκατασταθεὶς κληρονόμος διὰ τῆς ὑπεισελεύσεως εἰς τὴν κληρονομίαν, ἐκ τῆς πωλήσεως δύναται νὰ ἐνάγάγῃ κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ, ὥστε αἱ δουλεῖαι ν' ἀποκατασταθῶσιν

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

20 Sed et si quid venditor nondum praestiterit, sed quoquo nomine obligatus sit propter hereditatem, nihilo minus agere potest cum emptore.

3 *POMPONIUS* Si venditor hereditatis exactam pecuniam sine dolo malo et culpa perdidisset, non placet eum emptori teneri.

4 *ULPIANUS* Si nomen sit distractum, Celsus libro nono digestorum scribit locupletem esse debitorem non debere praestare[1], debitorem autem esse praestare, nisi aliud convenit,

5 *PAULUS* et quidem sine exceptione quoque, nisi in contrarium actum sit. sed si certae summae debitor dictus sit, in eam summan tenetur venditor: si incertae et nihil debeat, quanti intersit emptoris.

6 *IDEM* Emptori nominis etiam pignoris persecutio praestari debet eius quoque, quod postea venditor accepit: nam beneficium venditoris prodest emptori.

7 *IDEM* Cum hereditatem aliquis vendidit, esse debet hereditas, ut sit emptio: nec enim alea emitur, ut in venatione et similibus, sed res: quae si non est, non contrahitur emptio et ideo pretium condicetur.

8 *IAVOLENUS* Quod si nulla hereditas ad venditorem pertinuit, quantum emptori praestare debuit[2], ita distingui oportebit, ut, si

(1) venditorem προσθ. (Mo.)—(2) debeat.

20 αὐτῷ. Ἀλλὰ καὶ ἂν τι ὁ πωλητὴς μηκέτι κατέβαλεν, ἀλλὰ καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐνέχεται ἕνεκα τῆς κληρονομίας, οὐδὲν ἧττον δύναται νὰ ἐναγάγῃ κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ.

3 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ἐὰν ὁ πωλητὴς κληρονομίας τὰ εἰσπραχθέντα χρήματα ἄνευ δόλου ἢ πταίσματος ἀπώλεσεν, εἶνε δεκτὸν ὅτι δὲν ἐνέχεται οὗτος ἀπέναντι τοῦ ἀγοραστοῦ.

4 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Ἐὰν ἀπαίτησις ἐπωλήθη, ὁ Κέλσος ἐν βιβλ. θ' τῶν πανδεκτῶν γράφει, ὅτι ὁ πωλητὴς δὲν ὑποχρεοῦται μὲν νὰ ἐγγυηθῇ ὅτι ὁ ὀφειλέτης εἶνε εὔπορος, ἀλλ' ὅτι *εἶνε ὀφειλέτης* [ὑποχρεοῦται] νὰ ἐγγυηθῇ, ἐὰν μὴ ἄλλως συνεφωνήθη,

5 *ΠΑΥΛΟΣ* μάλιστα δὲ καὶ [ὅτι εἶνε ὀφειλέτης] ἄνευ ἐνστάσεως, ἐὰν μὴ ἀντιθέτως συνεφωνήθη. ἀλλ' ἐὰν ὡρισμένης ποσότητος ἐλέχθη ὀφειλέτης, δι' ἐκεῖνο τὸ ποσὸν ἐνέχεται ὁ πωλητής· ἂν δὲ [ἐλέχθη ὀφειλέτης] ἀορίστου [ποσότητος], καὶ μηδὲν ὀφείλῃ, [ὁ πωλητὴς ἐνέχεται] ὅσον ἐνδιαφέρει τὸν ἀγοραστήν.

6 *Ο ΑΥΤΟΣ* Εἰς τὸν ἀγοραστὴν ἀπαιτήσεως δέον καὶ ἡ τοῦ ἐνεχύρου ἐπιδίωξις νὰ παρέχηται, καὶ ἐκείνου [τοῦ ἐνεχύρου], ὅπερ κατόπιν ὁ πωλητὴς ἔλαβε. διότι τὸ τοῦ πωλητοῦ εὐεργέτημα ὠφελεῖ τὸν ἀγοραστήν.

7 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐάν τις κληρονομίαν ἐπώλησε, δέον νὰ ὑπάρχῃ κληρονομία, ἵνα ὑπάρχῃ ἀγόρασις· διότι δὲν ἀγοράζεται τύχη, ὡς ἐπὶ κυνηγίου καὶ τῶν ὁμοίων, ἀλλὰ πρᾶγμα· τοῦτο δ' ἐὰν μὴ ὑπάρχῃ, δὲν συνάπτεται ἀγόρασις, ὅθεν καὶ τὸ τίμημα ἐκδικεῖται.

8 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Ἂν ὅμως μηδόλως κληρονομία εἰς τὸν πωλητὴν ἀνῆκεν, ὡς πρὸς τὸ ποσὸν τῆς ὀφειλομένης τῷ ἀγοραστῇ παροχῆς δέον νὰ διακρίνωμεν οὕτως ὥστε, ἂν μὲν ὑπάρχῃ τις

est quidem aliqua hereditas, sed ad venditorem non pertinet, ipsa aestimetur, si nulla est, de qua actum videatur, pretium dumtaxat et si quid in eam rem impensum est emptor a venditore consequatur

9 *PAULUS* et si quid emptoris interest.

10 *IAVOLENUS* Quod si in venditione hereditatis id actum est, si quid iuris esset venditoris, venire nec postea quicquam praestitu iri: quamvis ad venditorem hereditas non pertinuerit, nihil tamen eo praestabitur, quia id actum esse manifestum est, ut quemadmodum emolumentum negotiationis, ita periculum ad emptorem pertineret.

11 *ULPIANUS* Nam hoc modo admittitur esse venditionem «si »qua sit hereditas, est tibi empta», et quasi spes hereditatis: ipsum enim incertum rei veneat, ut in retibus[1].

12 *GAIUS* Hoc autem sic intellegendum est, nisi sciens ad se non pertinere ita vendiderit: nam tunc ex dolo tenebitur.

13 *PAULUS* Quod si sit hereditas et si non ita convenit, ut quidquid iuris haberet venditor emptor haberet, tunc heredem se esse praestare debet: illo vero adiecto liberatur venditor, si ad eum hereditas non pertineat.

14 *IDEM* Qui filii familias nomina vendidit, actiones quoque quas cum patre habet praestare *1* debet. Si hereditas venierit, ven-

(1) ut quasi spes hereditatis et ipsum incertum rei veneat ut in reti (Mo.)

κληρονομία, ἀλλ' εἰς τὸν πωλητήν μὴ ἀνήκῃ, αὕτη νὰ διατιμᾶται, ἂν δὲ μηδόλως ὑπάρχῃ [κληρονομία] περὶ ἧς νὰ φαίνηται ὅτι ἐγένετο ἡ συμφωνία, τὸ [δοθὲν] τίμημα μόνον καὶ ὅ,τι ἐπὶ τοῦ προκειμένου ἐδαπανήθη λαμβάνει ὁ ἀγοραστὴς παρὰ τοῦ πωλητοῦ,

9 *ΠΑΥΛΟΣ* καὶ ἐάν τι τὸν ἀγοραστὴν ἐνδιαφέρῃ.

10 *ΙΑΒΟΛΕΝΟΣ* Ἂν ὅμως κατὰ τὴν πώλησιν κληρονομίας τοῦτο συνεφωνήθη, ἂν δηλ. δίκαιόν τι ἀνήκῃ τῷ πωλητῇ, νὰ πωλῆται, μηδὲ νὰ καταβληθῇ τι κατόπιν, καίτοι ἡ κληρονομία δὲν ἀνῆκεν εἰς τὸν πωλητήν, μολαταῦτα οὐδὲν θέλει οὗτος παράσχει, καθόσον φανερῶς τοῦτο ἐσκοπεῖτο, ὥστε καθ' ὃν τρόπον τὸ κέρδος τῆς δικαιοπραξίας, οὕτω καὶ ὁ κίνδυνος εἰς τὸν ἀγοραστὴν ν' ἀποβλέπῃ.

11 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Διότι εἶνε δεκτὸν ὅτι εἶνε πώλησις κατὰ τὸν ἐξῆς τρόπον «ἐάν τις κληρονομία ὑπάρχῃ, εἶνε ὑπὸ σοῦ ἠγορασμένη,» ὡς οἱονεὶ ἐλπὶς κληρονομίας, διότι καὶ αὐτὸ τὸ ἀόριστον τοῦ πράγματος πωλεῖται, ὡς ἐπὶ δικτύου.

12 *ΓΑΪΟΣ* Τοῦτο δ' οὕτω πρέπει νὰ νοῆται, ἐκτὸς ἐὰν γινώσκων, ὅτι εἰς ἑαυτὸν δὲν ἀνήκει, οὕτως ἐπώλησε· διότι τότε ἐκ τοῦ δόλου θέλει ἐνέχεσθαι.

13 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἂν ὅμως ὑπάρχῃ κληρονομία, καὶ ἂν μὴ συνεφωνήθη οὕτως, ὥστε ὅ,τι δίκαιον ἤθελεν ἔχει ὁ πωλητὴς νὰ ἔχῃ ὁ ἀγοραστής, τότε ὀφείλει ἐκεῖνος νὰ ἐγγυηθῇ ὅτι εἶνε κληρονόμος· ἐὰν ὅμως ἐκεῖνο προσετέθη, ἀπαλλάσσεται ὁ πωλητής, ἐὰν ἡ κληρονομία δὲν ἀνήκῃ εἰς τοῦτον.

14 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ὅστις [κατὰ] υἱοῦ ὑπεξουσίου πιστώσεις ἐπώλησεν, ὀφείλει νὰ ἐκχωρῇ καὶ τὰς ἀγωγάς, ἃς κατὰ τοῦ *1* πατρὸς ἔχει. Ἐὰν κληρονομία ἐπω-

ditor res hereditarias tradere debet: quanta autem hereditas est, nihil interest,

15 *GAIUS* nisi de substantia eius adfirmaverit.

16 *PAULUS* Si quasi heres vendideris hereditatem, cum tibi ex senatus consulto Trebelliano restituta esset hereditas, quanti emptoris intersit teneberis.

17 *ULPIANUS* Nomina eorum, qui sub condicione vel in diem debent, et emere et vendere solemus: ea enim res est, quae emi et venire potest.

18 *IULIANUS* Si ex pluribus heredibus unus, antequam ceteri adirent hereditatem, pecuniam, quae sub poena debebatur a testatore, omnem solverit et hereditatem vendiderit nec a coheredibus suis propter egestatem eorum quicquam servare poterit, cum emptore hereditatis vel ex stipulatu vel ex vendito recte experietur: omnem enim pecuniam hereditario nomine datam eo manifestius est, quod in iudicio familiae erciscnndae deducitur, per quod nihil amplius unusquisque a coheredibus suis consequi potest, quam quod tamquam heres impenderit.

19 *IDEM* Multum interest, sub condicione aliqua obligatio veneat an, cum ipsa obligatio sub condicione sit, pure veneat. priore casu deficiente condicione nullam esse venditionem, posteriore statim venditionem consistere: nam si Titius tibi decem sub condicione

λήθη, ὁ πωλητὴς ὀφείλει νὰ παραδώσῃ τὰ κληρονομιαῖα πράγματα· πόση ὅμως εἶνε ἡ κληρονομία, οὐδόλως ἐνδιαφέρει,

15 *ΓΑΪΟΣ* ἐὰν μὴ περὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτῆς διεβεβαίωσεν.

16 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν ὡσεὶ κληρονόμος ἐπώλησας κληρονομίαν, ἐνῷ ἐκ τοῦ Τρεβελλιανείου συγκλητικοῦ δόγματος ἤθελέ σοι ἀποκατασταθῇ ἡ κληρονομία, θέλεις ἐνέχεσθαι εἰς ὅσον ἐνδιαφέρει τὸν ἀγοραστήν.

17 *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ* Τὰς πιστώσεις [κατ'] ἐκείνων, οἵτινες ὑπὸ αἵρεσιν ἢ ὑπὸ προθεσμίαν ὀφείλουσι, καὶ νὰ ἀγοράζωμεν καί νὰ πωλῶμεν συνειθίζομεν. διότι εἶνε τοιοῦτον πρᾶγμα, ὅπερ καὶ ν' ἀγορασθῇ καὶ νὰ πωληθῇ δύναται.

18 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ἐὰν ἐκ πολλῶν κληρονόμων εἷς, προτοῦ οἱ λοιποὶ ὑπεισέλθωσιν εἰς τὴν κληρονομίαν, τὰ χρήματα ἅτινα ἐπὶ ποινῇ ὠφείλοντο ὑπὸ τοῦ διαθέτου, ἅπαντα κατέβαλε, καὶ τὴν κληρονομίαν ἐπώλησε, δὲν ἠδυνήθη δὲ νὰ λάβῃ τι παρὰ τῶν συγκληρονόμων του ἕνεκα τῆς ἐνδείας των,—κατὰ τοῦ ἀγοραστοῦ τῆς κληρονομίας ὀρθῶς δύναται νὰ ἐναγαγῃ εἴτε ἐκ τῆς ἐπερωτήσεως εἴτε ἐκ τῆς πωλήσεως· καθόσον ὅτι πάντα τὰ χρήματα λόγῳ τῆς κληρονομίας ἐδόθησαν εἶνε φανερώτατον ἐκ τούτου, ὅτι περιλαμβάνεται ἐν τῇ περὶ διανομῆς κληρονομίας ἀγωγῇ, δι' ἧς οὐδὲν περισσότερον ἕκαστος τῶν συγκληρονόμων δύναται παρὰ τῶν συγκληρονόμων του νὰ λάβῃ, παρ' ὅ,τι ὡς κληρονόμος ἐδαπάνησεν.

19 *Ο ΑΥΤΟΣ* Πολὺ διαφέρει, ἂν ὑπὸ αἵρεσιν ἐνοχή τις ἁπλῆ πωλῆται, ἢ ἐνῷ αὐτὴ ἡ ἐνοχὴ εἶνε ὑπὸ αἵρεσιν, ἁπλῶς πωλῆται. ἐν μὲν τῇ πρώτῃ περιπτώσει ἀτονούσης τῆς αἱρέσεως οὐδόλως ὑπάρχει πώλησις, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἀμέσως συνίσταται πώλησις· διότι ἐὰν ὁ Τίτιος ὀφείλῃ σοι δέκα ὑπὸ αἵρεσιν,

debeat et ego abs te nomen eius emam, confestim ex empto vendito agere potero, ut acceptum ei facias.

20 *AFRICANUS* Si hereditatem mihi Lucii Titii vendideris ac post debitori eiusdem heres existas,

1 actione ex empto teneberis. Quod simplicius etiam in illa propositione procedit, cum quis ipsi creditori suo heres exstitit et hereditatem vendidit.

21 *PAULUS* Venditor ex[1] hereditate interposita stipulatione rem hereditariam persecutus alii vendidit: quaeritur, quid ex stipulatione praestare debeat: nam bis utique non committitur stipulatio, ut et rem et pretium debeat. et quidem si, posteaquam rem vendidit heres, intercessit stipulatio, credimus pretium in stipulationem venisse: quod si antecessit stipulatio, deinde rem nactus est, tunc rem debebit. si ergo hominem vendiderit et is decesserit, an pretium eiusdem debeat? non enim deberet Stichi promissor, si eum vendidisset, mortuo eo, si nulla mora processisset. sed ubi hereditatem vendidi et postea rem ex ea vendidi, potest videri, ut negotium eius agam quam hereditatis. sed[2] hoc in re singulari non potest credi: nam si eundem hominem tibi vendidero et necdum tradito eo alii quoque vendidero pretiumque accepero, mortuo eo videamus ne nihil tibi debeam ex empto, quoniam[3] moram in tradendo non

(1) de (Degenk.) — (2) quam hereditatis sed ] cujus hereditas esset (Mo.) — (3) quando (Mo.)

ἐγὼ δ' ἀπὸ σὲ ἀγοράσω τὴν πίστωσιν [κατ'] αὐτοῦ, ἀμέσως ἐκ τῆς ἀγοραπωλησίας θὰ δύναμαι νὰ ἐναγάγω, ὥστε νὰ ποιήσῃς πρὸς ἐκεῖνον ἀθώωσιν.

20 *ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ* Ἐάν μοι ἐπώλησας τὴν κληρονομίαν τοῦ Λουκίου Τιτίου, εἶτα δ' ἀνεδείχθης κληρονόμος τοῦ ὀφειλέτου τοῦ ἰδίου, θέλεις ἐνέχεσθαι διὰ 1 τῆς ἐξ ἀγοράσεως ἀγωγῆς. Τοῦτο δ' ἁπλούστερον καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ περιπτώσει συμβαίνει, ὅτε τις αὐτοῦ τοῦ πιστωτοῦ του κληρονόμος ἀνεδείχθη καὶ τὴν κληρονομίαν ἐπώλησε.

21 *ΠΑΥΛΟΣ* Ὁ πωλητὴς [κληρονομίας] μετὰ γενομένην ἐπερώτησιν περὶ [ἀποδόσεως τῷ ἀγοραστῇ παντὸς πράγματος ἀνήκοντος] τῇ κληρονομίᾳ, ἐπιτυχὼν πρᾶγμα κληρονομιαῖον, ἐπώλησεν εἰς ἕτερον· ἐρωτᾶται, τί ἐκ τῆς ἐπερωτήσεως ὀφείλει νὰ παράσχῃ· διότι βεβαίως δὲν ἡ ἐπερώτησις δὲν καθίσταται ἀπαιτητή, ὥστε καὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ τίμημα νὰ ὀφείλῃ. καὶ λοιπὸν ἐάν, ἀφοῦ ὁ κληρονόμος ἐπώλησε τὸ πρᾶγμα, ἐγένετο ἡ ἐπερώτησις, φρονοῦμεν ὅτι τὸ τίμημα εἰς τὴν ἐπερώτησιν ὑπάγηται. ἂν ὅμως προηγήθη ἡ ἐπερώτησις, κατόπιν δὲ τὸ πρᾶγμα ἀπέκτησε, τότε τὸ πρᾶγμα θὰ ὀφείλῃ. ἐὰν λοιπὸν δοῦλον ἐπώλησε καὶ οὗτος ἀπέθανεν, ὀφείλει ἆρά γε τὸ τίμημα τούτου; διότι δὲν θὰ ὤφειλεν ὁ τὸν Στίχον ὑποσχεθείς, ἐὰν τοῦτον εἶχε πωλήσει, ἀποθανόντος τούτου, ἐὰ μὴ ἐμεσολάβησεν ὑπερημερία. ἀλλ' ὅταν κληρονομίαν ἐπώλησα, κατόπιν δὲ πρᾶγμα ἐξ αὐτῆς ἐπώλησα, δύναται νὰ θεωρηθῇ, ὅτι ὑπόθεσιν τούτου διοικῶ, εἰς ὃν ἡ κληρονομία ἀνήκει· τοῦτο δ' ἐπὶ μοναδικοῦ πράγματος δὲν δύναται νὰ πιστευθῇ· διότι ἐὰν τὸν αὐτὸν δοῦλόν σοι ἐπώλησα καὶ μηκέτι παραδώσας τοῦτον εἰς ἕτερον ὡσαύτως ἐπώλησα καὶ τὸ τίμημα ἔλαβον, ἀποθανόντος τού-

feci (pretium enim hominis venditi non ex re, sed propter negotiationem percipitur) et sic sit, quasi alii non vendidissem: tibi enim rem debebam, non actionem. at cum hereditas venit, tacite hoc agi videtur, ut, si quid tamquam heres feci, id praestem emptori, quasi illius negotium agam: quemadmodum fundi venditor fructus praestet bonae fidei ratione, quamvis, si neglexisset ut alienum, nihil ei imputare possit[1], nisi si culpa eius argueretur. quid si rem quam vendidi alio possidente petii et litis aestimationem accepi, utrum pretium illi debeo an rem? utique rem, non enim actiones ei, sed rem praestare debeo: et si vi deiectus vel propter furti actionem duplum abstulero, nihil hoc ad emptorem pertinebit. nam[2] si sine culpa desiit detinere venditor, actiones suas praestare debebit, non rem, et sic aestimationem quoque: nam et aream tradere debet exusto aedificio.

(1) imputari posset (Brenc.)—(2) tamen (Mo.)

22 *SCAEVOLA* Hereditatis venditae pretium pro parte accepit: reliquum emptore non solvente quaesitum est, an corpora hereditaria pignoris nomine teneantur. respondi nihil proponi cur non[3] teneantur.

23 *HERMOGENIANUS* Venditor

(3) διαγρ. (Kr.)

του ἃς ἴδωμεν μὴ μηδέν σοι ἐκ τῆς ἀγοράσεως ὀφείλω, ἐφ' ὅσον ὑπερημερίαν ὡς πρὸς τὴν παράδοσιν δὲν ἐποίησα (διότι τὸ τίμημα τοῦ πωληθέντος δούλου οὐχὶ ἐκ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ διὰ τὴν δικαιοπραξίαν λαμβάνεται) καὶ [μὴ] οὕτως ἔχῃ, ὡσεὶ εἰς ἕτερον δὲν ἐπώλησα· διότι εἰς σὲ *πρᾶγμα* ὤφειλον, οὐχὶ δὲ ἀγωγήν. ὅμως ὅταν κληρονομία πωλῆται, σιωπηλῶς τοῦτο θεωρεῖται συμφωνηθέν, ὥστε ἐάν τι ὡς κληρονόμος ἐποίησα, διὰ τοῦτο νὰ ἐνέχωμαι ἀπέναντι τοῦ ἀγοραστοῦ, ὡσεὶ τούτου ὑπόθεσιν διοικῶ, καθὼς ὁ πωλητὴς ἀγροῦ ἐνέχεται λόγῳ τῆς καλῆς πίστεως διὰ τοὺς καρπούς, καίτοι, ἐὰν εἶχεν ἀμελήσει ὡς ἀλλότριον, οὐδόλως θὰ ἦτο ἐπιλήψιμος, ἐκτὸς ἂν τῷ ἀποδίδηται πταῖσμα· τί δέ, ἐὰν πρᾶγμα, ὅπερ ἐπώλησα, παρ' ἑτέρου νεμομένου ἀπῄτησα, καὶ τὴν διατίμησιν τῆς δίκης ἔλαβον, ἆρά γε τὸ τίμημα ὀφείλω εἰς ἐκεῖνον (τὸν ἀγοραστὴν) ἢ τὸ πρᾶγμα; ἐξάπαντος τὸ πρᾶγμα, διότι οὐχὶ ἀγωγὰς ὀφείλω νὰ παράσχω αὐτῷ, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα· ἂν δὲ βίᾳ ἀποβληθείς, ἢ διὰ τῆς ἀγωγῆς τῆς κλοπῆς τὸ διπλοῦν λάβω, οὐδὲν τούτων θέλει ἀνήκει εἰς τὸν ἀγοραστήν· ὅμως ἐὰν ἄνευ πταίσματος ἔπαυσεν ὁ πωλητὴς νὰ νέμηται, ὀφείλει τὰς ἑαυτοῦ ἀγωγὰς νὰ ἐκχωρῇ, οὐχὶ τὸ πρᾶγμα, ἢ τὴν διατίμησιν τούτου· διότι καὶ τὸ οἰκόπεδον ὀφείλει νὰ παραδώσῃ καέντος τοῦ οἰκοδομήματος.

22 *ΣΚΑΙΒΟΛΑΣ* Πωλήσας [τις] κληρονομίαν ἔλαβε τὸ τίμημα μερικῶς· μὴ καταβαλλοντος δὲ τοῦ ἀγοραστοῦ τὸ ὑπόλοιπον ἠρωτήθη, ἂν τὰ κληρονομιαῖα πράγματα λόγῳ ἐνεχύρου ὑπόκηνται· ἀπήντησα ὅτι οὐδεὶς λόγος ὑπάρχει, δι' ὃν νὰ ὑπόκηνται.

23 *ΕΡΜΟΓΕΝΙΑΝΟΣ* Ὁ πωλητὴς ἀ-

actionis, quam adversus principalem reum habet, omne ius, quod ex ea causa ei competit tam adversus ipsum reum quam adversus intercessores huius debiti, cedere debet, nisi aliud actum est. *1* Nominis venditor quidquid vel compensatione vel exactione fuerit consecutus, integrum emptori restituere compellatur.

24 *LABEO* Hereditatem Cornelii vendidisti: deinde Attius, cui a te herede Cornelius legaverat, priusquam legatum ab emptore perciperet, te fecit heredem: recte puto ex vendito te acturum ut tibi praestetur, quia ideo eo minus hereditas venierit, ut id legatum praestaret emptor, nec quicquam intersit, utrum Attio, qui te heredem fecerit, pecunia debita sit, an[1] legatario

25 *IDEM* Si excepto fundo hereditario veniit hereditas, deinde eius fundi nomine venditor aliquid adquisit, debet id praestare emptori hereditatis. *PAULUS*: immo semper quaeritur in ea re, quid actum fuerit: si autem id non apparebit, praestare eam rem debebit emptori venditor, nam id ipsum ex ea hereditate ad eum pervenisse videbitur non secus ac si eum fundum in hereditate vendenda non excepisset.

(1) alii πρσθ. (Fab.)

γωγῆς, ἣν ἐναντίον τοῦ πρωτοφειλέτου ἔχει, ὀφείλει νὰ ἐκχωρήσῃ πᾶν δίκαιον, ὅπερ ἐκ τῆς αἰτίας ταύτης ἁρμόζει αὐτῷ κατά τε τοῦ ὀφειλέτου αὐτοῦ καὶ κατὰ τῶν ἀναδοχέων τοῦ χρέους τούτου, ἐκ-

*1* τὸς ἂν ἄλλως συνεφωνήθη. Ὁ πωλητὴς πιστώσεως ὅ,τι εἴτε διὰ συμψηφισμοῦ εἴτε δι' εἰσπράξεως ἤθελε λάβει, ἀκέραιον ἀναγκάζεται ν' ἀποδώσῃ εἰς τὸν ἀγοραστήν.

24 *ΛΑΒΕΩΝ* Ἐπώλησας τὴν κληρονομίαν τοῦ Κορνηλίου. κατόπιν ὁ Ἄττιος, εἰς ὃν ὁ Κορνήλιος εἶχε κληροδοτήσει εἰς βάρος σου, πρὶν ἢ τὸ κληροδότημα λάβῃ παρὰ τοῦ ἀγοραστοῦ, ἐποίησέ σε κληρονόμον· ὀρθῶς, φρονῶ, θέλεις σὺ ἐκ τῆς πωλήσεως ἐναγάγει, ὥστε νά σοι καταβληθῇ, καθόσον διὰ τοῦτο ἡ κληρονομία ὀλιγώτερον ἐπωλήθη, ὥστε τὴν κληροδοσίαν ταύτην νὰ παράσχῃ ὁ ἀγοραστής, οὐδέ τι διαφέρει, ἂν εἰς τὸν Ἄττιον, ὅστις σε κληρονόμον ἐποίησε, τὰ χρήματα ὀφείλωνται, ἢ εἰς ἕτερον κληροδόχον.

25 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν ἐξαιρεθέντος ἀγροῦ κληρονομιαίου ἐπωλήθη κληρονομία, εἶτα δὲ λόγῳ τοῦ ἀγροῦ τούτου ἀπέκτησέ τι ὁ πωλητής, ὀφείλει νὰ παράσχῃ τοῦτο εἰς τὸν ἀγοραστὴν τῆς κληρονομίας· *ΠΑΥΛΟΣ* μάλιστα πάντοτε ἐξετάζεται ἐπὶ τοῦ προκειμένου, τί ἐσκοπεῖτο· ἂν ὅμως τοῦτο δὲν εἶνε φανερόν, ὀφείλει ὁ πωλητὴς νὰ παράσχῃ τὸ πρᾶγμα ἐκεῖνο εἰς τὸν ἀγοραστήν, διότι αὐτὸ τοῦτο ἐκ τῆς κληρονομίας ἐκείνης θεωρεῖται ὅτι περιῆλθεν εἰς αὐτόν, οὐχὶ ἄλλως· παρ' ἐὰν τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον κατὰ τὴν πώλησιν τῆς κληρονομίας μὴ εἶχεν ἐξαιρέσει.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

V[1]. 5.

## De rescindenda venditione et quando licet ab emptione discedere.

1 *POMPONIUS* Celsus filius putabat, si vendidisset mihi filius familias rem peculiarem, etiam, si conveniat ut abeatur ab ea venditione, inter patrem et filium et me convenire debere, ne, si cum patre solo pactus sim, filius non possit liberari et quaeratur, utrumne nihil agatur ex[2] ea pactione an vero ego quidem liberer, filius maneat obligatus, sicuti, si pupillus sine tutoris auctoritate paciscatur, ipse quidem liberatur, non etiam qui cum eo pactus est. nam[3] quod Aristo dixit posse ita pacisci, ut unus maneat obligatus, non est verum, quia pro una parte contrahentium abiri pacto ab emptione non possit: et ideo si ab una parte renovatus sit contractus, dicitur non valere eiusmodi pactionem. sed dicendum est patre paciscente et liberato adversario filium quoque obiter liberari.

(1) Κωδ. (4. 44. 45) Βασ. (ΙΘ'. Ε')—(2) διαγρ. (Mo.) — (3) jam (Mo.)

2 *IDEM* Si quam rem a te emi, eandem rursus a te pluris minorisve emero, discessimus a priore emptione (potest enim, dum res integra est, conventione nostra infecta fieri emptio) atque ita consistit posterior emptio, quasi nulla praecesserit. sed non poterimus eadem ratione uti post pretium solutum emptione repetita, cum

## Περὶ ἀνατρεπτέας πωλήσεως, καὶ πότε ἐπιτρέπεται ἡ ἀπὸ ἀγοράσεως ἀποχώρησις.

1 *ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ* Ὁ Κέλσος, υἱός, ἐφρόνει ὅτι, ἐὰν ἐπώλησέ μοι υἱὸς ὑπεξούσιος πρᾶγμα τοῦ χρηματίου, καί, ἐὰν μέλλῃ νὰ συμφωνηθῇ ὥστε νὰ γείνῃ ἀποχώρησις ἀπὸ τῆς πωλήσεως, δέον μεταξὺ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ ἐμοῦ νὰ γείνῃ ἡ συμφωνία, ἵνα μή, ἐὰν μετὰ τοῦ πατρὸς μόνου συμφωνήσω, ὁ υἱὸς μὴ δύνηται ν' ἀπαλλαγῇ, καὶ γενᾶται ζήτημα ἂν διὰ τῆς τοιαύτης συμφωνίας μηδὲν γίνεται, ἢ τοὐναντίον ἐγὼ μὲν ἀπαλλάσσωμαι, ὁ δ' υἱὸς μένῃ ἐνεχόμενος, ὡς ὅταν ἄνηβος ἄνευ αὐθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου συμφωνῇ, αὐτὸς μὲν ἀπαλλάσσεται, οὐχὶ δὲ καὶ ὁ μετ' αὐτοῦ συμφωνήσας· ἤδη δ' ὅ,τι ὁ Ἀρίστων εἶπεν, ὅτι δύναται νὰ συμφωνηθῇ οὕτως, ὥστε εἷς [μόνον] νὰ μένῃ ἐνεχόμενος, δὲν εἶνε ὀρθόν, διότι ὡς πρὸς τὸν ἕνα τῶν συμβαλλομένων νὰ συμφωνηθῇ ἀποχώρησις ἀπὸ τῆς ἀγοράσεως δὲν δύναται· καὶ διὰ τοῦτο ἐὰν ὑπὸ τοῦ ἑνὸς μέρους ἀνενεώθη τὸ συμβόλαιον, λέγομεν ὅτι δὲν ἰσχύει τοιούτου εἴδους σύμφωνον· ἀλλὰ δέον νὰ λεχθῇ ὅτι, ἐὰν ὁ πατὴρ συμφωνήσῃ ὁ δ' ἀντίθετος ἀπαλλαγῇ, καὶ ὁ υἱὸς συγχρόνως ἀπαλλάσσεται.

2 *Ο ΑΥΤΟΣ* Ἐὰν πρᾶγμα, ὅπερ παρὰ σοῦ ἠγόρασα, τὸ αὐτὸ πάλιν παρὰ σοῦ ἀντὶ περισσοτέρου ἢ ὀλιγωτέρου [τιμήματος] ἀγοράσω, ἀπεχωρήσαμεν ἀπὸ τῆς πρώτης ἀγοράσεως· (διότι δύναται, ἐφ' ὅσον ἡ ἐκπλήρωσις δὲν ἤρξατο, διὰ συμβάσεως ἡμῶν νὰ καταστῇ ἡ ἀγόρασις μὴ γενομένη), καὶ οὕτω συνίσταται ἡ μεταγενεστέρα ἀγόρασις, ὡσεὶ οὐδεμία προηγήθη. ἀλλὰ δὲν θὰ ἠδυ-

post pretium solutum infectam emptionem facere non possumns.

3 *PAULUS* Emptio et venditio sicut consensu contrahitur, ita contrario consensu resolvitur, antequam fuerit res secuta: ideoque quaesitum est, si emptor fideiussorem acceperit vel venditor stipulatus fuerit, an nuda voluntate resolvatur obligatio. Iulianus scripsit ex empto quidem agi non posse, quia bonae fidei iudicio exceptiones pacti insunt: an autem fideiussori utilis sit exceptio, videndum: et puto liberato reo et fideiussorem liberari. item venditorem ex stipulatu agentem exceptione summoveri oportet, idemque iuris esse, si emptor quoque rem in stipulationem deduxerit.

4 *PAULUS* Si emptio contracta sit togae puta aut lancis, et pactus sit venditor, ne alterutrius emptio maneat, puto resolvi obligationem huius rei nomine dumtaxat.

5 *IULIANUS* Cum emptor venditori vel emptori venditor acceptum faciat, voluntas utriusque ostenditur id agentis, ut a negotio discedatur et perinde habeatur, ac si convenisset inter eos, ut neuter ab altero quicquam peteret, sed ut evidentius appareat, acceptilatio[1] in hac causa non sua

(1) accedat: itaque acceptilatio προσθ. (Mo.)

νάμεθα νὰ μεταχειρισθῶμεν τὸν αὐτὸν λόγον ἐπαναλαμβάνοντες τὴν ἀγόρασιν μετὰ τὴν καταβολὴν τοῦ τιμήματος, διότι μετὰ τὴν καταβολὴν τοῦ τιμήματος δὲν δυνάμεθα νὰ καταστήσωμεν τὴν ἀγόρασιν μὴ γενομένην.

3 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἡ ἀγοραπωλησία ὡς διὰ συναινέσεως συνάπτεται, οὕτω δι' ἀντιθέτου συναινέσεως διαλύεται, πρὶν ἢ ἄρξηται ἡ ἐκπλήρωσις· καὶ διὰ τοῦτο ἠρωτήθη, ἐὰν ὁ ἀγοραστὴς ἔλαβεν ἐγγυητήν, ἢ ὁ πωλητὴς ἐπηρώτησεν, ἆρά γε διὰ τῆς ἁπλῆς θελήσεως διαλύεται ἡ ἐνοχή; ὁ Ἰουλιανὸς ἔγραψεν ὅτι ἐκ τῆς ἀγοράσεως μὲν δὲν δύναται νὰ ἐγερθῇ ἀγωγή, διότι ἐν τῇ καλῆς πίστεως ἀγωγῇ ἐνυπάρχουσιν αἱ τοῦ συμφώνου ἐνστάσεις· ἂν ὅμως ὑπὲρ τοῦ ἐγγυητοῦ ὑπάρχῃ ὠφέλιμος ἔνστασις, ἂς ἴδωμεν· φρονῶ λοιπὸν ὅτι ἀπαλλασσομένου τοῦ πρωτοφειλέτου, καὶ ὁ ἐγγυητὴς ἀπαλλάσσεται· ὡσαύτως ὁ πωλητὴς ἐκ τῆς ἐπερωτήσεως ἐνάγων δέον δι' ἐνστάσεως ν' ἀποκρούηται, τὸ αὐτὸ δ' ἰσχύει, ἐὰν καὶ ὁ ἀγοραστὴς τὸ πρᾶγμα εἰς ἐπερώτησιν ὑπέβαλε.

4 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν συνήφθη ἀγόρασις τηβέννου λ. χ. ἢ λοπάδος, ὁ δὲ πωλητὴς συνεφώνησε, νὰ μὴ μένῃ ἡ ἀγόρασις τοῦ ἑτέρου ἐκ τούτων, φρονῶ ὅτι διαλύεται ἡ ἐνοχὴ μόνον ὡς πρὸς τὸ πρᾶγμα τοῦτο.

5 *ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ* Ἐὰν ὁ ἀγοραστὴς ὑπὲρ τοῦ πωλητοῦ ἢ ὁ πωλητὴς ὑπὲρ τοῦ ἀγοραστοῦ ποιήσῃ ἀθώωσιν, καταφαίνεται ἡ θέλησις ἑκατέρου τοῦτο σκοποῦντος, ὥστε νὰ γείνῃ ἀποχώρησις ἀπὸ τοῦ συμβολαίου καὶ οὕτω νὰ θεωρῆται, ὡσεὶ συνεφωνήθη μεταξὺ αὐτῶν, ὥστε μηδέτερος νὰ ἀπαιτήσῃ τι παρὰ τοῦ ἑτέρου ἀλλ' ἵνα ἐναργέστερον [τοῦτο] καταφαίνηται, ἀθώωσις γίνεται· ὅθεν ἡ ἀθώωσις ἐπὶ τῆς προκειμένης περιπτώσεως οὐχὶ ἐξ ἰδίας φύ-

natura, sed potestate conventionis 1 valet. Emptio nuda conventione dissolvitur, si res secuta non fue- 2 rit. Mortuo autem homine perinde habenda est venditio ac si traditus fuisset, utpote cum venditor liberetur et emptori homo pereat: quare nisi iusta conventio intervenerit, actiones ex empto et vendito manebunt.

σεως, ἀλλὰ δυνάμει τῆς συμβάσεως 1 ἰσχύει. Ἡ ἀγόρασις δι' ἁπλῆς συμβάσεως διαλύεται, ἐὰν ἡ ἐκπλήρωσις 2 δὲν ἤρξατο. Ἀποθανόντος ὅμως τοῦ [πωληθέντος] δούλου οὕτω δέον νὰ θεωρῆται ἡ πώλησις, ὡσεὶ παρεδόθη, διότι ὁ μὲν πωλητὴς ἀπαλλάσσεται, ὁ δὲ δοῦλος εἰς βάρος τοῦ ἀγοραστοῦ ἀπόλλυται· ὅθεν ἐὰν μὴ ἔγκυρος σύμβασις [περὶ ἀποχωρήσεως] ἐμεσολάβησεν, αἱ ἐκ τῆς ἀγοραπωλησίας ἀγωγαὶ θέλουσι διατηρηθῆ.

6 *PAULUS* Si convenit, ut res quae venit, si intra certum tempus displicuisset, redderetur, ex empto actio est, ut Sabinus putat, aut proxima empti in factum datur.

6 *ΠΑΥΛΟΣ* Ἐὰν συνεφωνήθη, ὥστε τὸ πωληθὲν πρᾶγμα, ἐὰν ἐντὸς ὡρισμένου χρόνου ἤθελεν ἀπαρέσει, ν' ἀποδίδηται, ὑπάρχει ἡ ἐκ τῆς ἀγοράσεως ἀγωγή, ὡς ὁ Σαβῖνος φρονεῖ, ἢ ἡ ἐγγυτάτη εἰς ταύτην ἐκ τοῦ γεγονότος [ἀγωγὴ] δίδεται.

7 *IDEM* Si id quod pure emi sub condicione rursus emam, nihil

7 *ΟΑΥΤΟΣ* Ἐὰν ὅ,τι ἁπλῶς ἠγόρασα ὑπὸ αἵρεσιν ἐπανηγόρασα, οὐδὲν γίνεται διὰ τῆς μεταγενεστέρας ἀγο- 1 ράσεως. Ἐὰν πρόκηται ἀνήβου πρόσωπον, ὅστις πρότερον μὲν ἄνευ αὐθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου, κατόπιν δὲ αὐθεντοῦντος τοῦ ἐπιτρόπου ἠγόρασε, καίτοι ὁ πωλητὴς ἦν ἤδη ἀπέναντι ἐκείνου ἐνεχόμενος, ὅμως ἐπειδὴ ὁ ἄνηβος δὲν ἐνείχετο, ἡ ἀνανεωθεῖσα πώλησις ἐπιφέρει, ὥστε ἀμοιβαίως νὰ ἐνέχωνται· ἂν ὅμως πρότερον μὲν ἡ τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντία ἐμεσολάβησεν, εἶτα δὲ ἄνευ αὐθεντίας τοῦ ἐπιτρόπου ἠγόρασεν, οὐδὲν ἐγένετο διὰ τῆς μεταγενεστέρας ἀγοράσεως, τὸ αὐτὸ δύναται νὰ ἐξετασθῇ, ἐὰν ἄνευ τῆς τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντίας συνεφώνησεν, ὥστε νὰ γείνῃ ἀποχώρησις ἀπὸ τῆς ἀγοράσεως· ἂν δηλ. οὕτως εἶνε, ὡσεὶ ἐξ ἀρχῆς ἄνευ τῆς τοῦ ἐπιτρόπου αὐθεντίας εἶχεν ἀγοράσει, ὥστε, ἐννοεῖται, αὐτὸς μὲν νὰ μὴ ἐνέχηται, ὅμως ἐὰν ἐνάγῃ ν' ἁρμόζωσιν [ὑπὲρ τοῦ πωλητοῦ] παρακρατήσεις [τῶν πωληθέντων]· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἀλόγως θέλει

1 agitur posteriore emptione. Si pupilli persona intervenit, qui ante sine tutoris auctoritate, deinde tutore auctore emit, quamvis venditor iam ei obligatus fuit, tamen quia pupillus non tenebatur, renovata venditio efficit, ut invicem obligati sint: quod si ante tutoris auctoritas intervenerit, deinde sine tutore auctore emit, nihil actum est posteriore emptione. idem potest quaeri, si sine tutoris auctoritate pactus fuerit, ut discedatur ab emptione: an proinde sit, atque si ab initio sine tutoris auctoritate emisset, ut scilicet ipse non teneatur, sed agente eo retentiones competant. sed nec illud sine ratione dicetur, quoniam initio recte emptio sit contracta, vix bonae fidei convenire eo pacto stari, quod alteri

captiosum sit, et maxime, si iusto errore sit deceptus.

8 *SCAEVOLA* Titius Seii procurator defuncto Seio ab eo scriptus heres, cum ignoraret, fundum vendente servo hereditario, quasi procurator subscripsit: quaesitum est, an cognito eo, priusquam emptio perficeretur, a venditione discedere possit. respondit Titium, si non ipse vendidit, non idcirco actionibus civilibus teneri, quod servo vendente subscripserat, sed servi nomine praetoria actione teneri.

9 *IDEM* Fundus qui Lucii Titii erat ob vectigale rei puplicae veniit: sed cum Lucius Titius debitor professus esset paratum se esse vectigal exsolvere solidum, cum minore venisset fundus, quam debita summa esset, praeses provinciae rescidit venditionem eumque restitui iussit Lucio Titio: quaesitum est, an post sententiam praesidis, antequam restitueretur, in bonis Lucii Titii fundus emptus esset. respondit non prius, quam emptori pretium esset illatum vel, si pretium nondum esset ab emptore solutum, in vectigal satisfactum esset.

10 *IDEM* Seius a Lucio Titio emit fundum lege dicta, ut, si ad diem pecuniam non solvisset, res inempta fieret. Seius parte pretii praesenti die soluta, defuncto venditore, filiis eius pupillaris aetatis

